quālibet diuinationē sed ad illā qꝫ sit p exp̄
sam demonū iuocationeꝝ. Et hoc etiā cum
multis modis fieri possit. s. p nigromanciāz.
geomanciā. idromanciā t c. Inspiciā se. se.
q. ccv. ar. v. Ideo hec diuinatio maleficiorū
vbi maleficis sunt intenti. sicut supīmū gra-
dum in flagiis tenet ita & aliud iudicium de-
co existit. Unqū arguitur qꝫ qꝫ occultas rez
virtutes cognoscere nō possumus & malefici
etiam occultis rebus intendunt. Dicis qꝫ si inten-
derēt rebus naturalibꝫ ad aliquos effectus na-
turales ex naturali virtute pcedēdos hoc li-
cetū fore vt de se patet. Uel etiā pcedendo qꝫ
si intenderent supersticiose rebus naturalibꝫ. vt
pote rebus hmoi certas caracteres vel alioꝫ no-
mina ignota inscribendo. t illis p acquiren-
da sanitatem vel amicitia & p aliqua utilitate &
nō p documento aliquo inferendo vteretur.
tūl licet absqꝫ expressa demonū iuocatione
licet nō absqꝫ tacita fieri ista possent & illicita
iudicantur. Quia tñ hec r̄his similia reducū-
tur ad tertium genus superstitionis. s. ad obser-
uantia vanitatum vt dictū est. ideo nihil ad ppo-
sūtum. sup heresim maleficiorū fortificat. Et iā
solutio qꝫ huic tertio generi q̄tuor assignātur
species. Quia vel vtitur q̄s obseruantij ad
scientiā acquirendā vel ad plecturas sumen-
das fortuniorū vel infortuniorū. vel ad suspe-
siones sacroꝫ verboꝫ. vel ad corpora immuta-
da in melius. Unū & notanter sc̄tis Tho. in ti-
culo illo q̄stionis vbi q̄rit. An obseruatōnes
ordinate ad corpora immurationē sint licite.
q. xcvi. in summa p̄fata. ar. ii. addit. puta ad
sanitatem. obseruatōnes ergo maleficiorū cū
hic locū habēt sed vt dictū est sub secūdo ge-
nere cōtinēt superstitionis ideo nihil ad pposi-
tū. Et his etiā ad quartū argumentū r̄ndet.
qꝫ qꝫ duplices i his obseruantij fieri possunt
imagines nigromantice & astronomice & in
hec talis est differentia. Qꝫ in nigromanticis
semper fuit exp̄sse iuocationes demonū ppter
expressa pacta cū eis inita. Inspiciā solutio
secūdi argumenti p̄fate q̄stionis. In astrono-
mīcis vero sunt pacta tacita. tideo nulla i-
uocatio nisi fortassis tacita. puta ppter figu-
rārū & characterū signa q̫ eis inscribūtur. & ite-
rū imagines nigromantice vel fuit sub certis
cōstellationibꝫ ad recipiendū certos influens
z imp̄ssiones celestium corporū. etiā certis figu-
ris & characteribꝫ insigniū vt in anulo. lapide.
vel aliqua p̄ciosa materia. vel fuit simpliꝫ. abs-
qꝫ obseruatōnia cōstellationū. sed iūdifferenter

Et quacumque materia etiam vilis ad inferendū maleficia vbi et quā ad aliqua loca reponuntur. **E**t de his effectibus cū suis imaginibz iam finis ē et non de alijs. Ideo argumentū nō facit ad p-positū. Qualiter deniqz certe unguenes superstitiose de qbus tactū ē nullā hñt efficaciam inquantum sunt artificialia solū. licet forte materialia in eis considerata possent hñrē efficaciaz si et inqzstū haberēt naturale aliquā virtutē et impulsionē corporz celestij. si cui placet. doctorem ibide inspiciat. **H**empf tñ dicit esse illici-
tū imaginibz vii. **I**maginez yō maleficaz absqz naturali aptitudine ad effectū fuit. solū mō aut ex iussu demonū reponunt et applicantur manualiter ad effectū pcurrant in maiore cō-
tumeliam creatoris ut et p amplius irritat' ma-
laqz fieri in flagitioz talium vindictā amplius pmittat. **U**nū et sacramentoribus anni tibi hñmōi fieri pcurant. Ad qntum dicendū q Grego.
ibi intellexit peccatum grē nō nature. **U**nū et ibi-
dem subdit. Qui filii dei peccata sunt ut Johā.
dicit. Quid mirū si signa ex peccato faciunt. Ad
vltimū dicendū q sensitudo nō valet. qz alia ē
actio aie circa corp' pprui. talia circa corpus
alienū. **N**ā qz corpori pprio vñit aia ut forma.
et appetitus sensitivus ē actus alicuius organi corporalis. Ideo ad apprehensionē aie hñane
peccati moueri appetitus sensitivus cū aliqua
immutatione corporali calorē et frigus. vel etiā
vscg ad mortē. Ad exteriora yō corpora immu-
tanda nulla apprehensio aie hñane sufficit nisi
mediare immutatione pprī corporis sicut de
fascinatione dictum ē. **U**nū et malefici ex nulla
peccato naturali sed solūmō auxilio demonū. et
ipi demones amiciculo alicuius alterius rei ut
et spinas ossa crines ligna ferrū et hñmōi qnā in
tromittunt. aut instrūm̄ aliquā reponunt ut successi
ue patebit maleficiales effectus procurant.

Ende magis in spirituali tenori bulle apostolice inherendo considerandum est de origine maleficorum et eorum operum multiplicazione. Primo de ipsis maleficiis. secundo de eorum opibus. *Ubi notandum quod per ad huiusmodi esse cuncta tria habent cocurrere. scilicet demon. malefica. et diuina premissio. etiamque ieiunia. si per sortiaras. Augustinum dicit quod ex pestifera sacrorum hominum et de moni hec superstiosa vanitas adiuvanta est.* Ideo origo et multiplicatio huius heresies ex pestifera hac sacrorum sumitur quod etiam ex aliis citetur. *Nam attero quod hec heresies maleficorum non solum differt ab aliis heresibus in hoc quod ipsa per pacta nedum expissa. verum etiam placita ac federa ta in omnem creatoris ac sue creaturarum portum liam testimonium insanit cum in omnes alie similes hereses per nullum pacium tacitum vel ex-*

Σεμινάριος Επανοή Ι

Tercia questio prime partis.

pressum cū demonib⁹ initū licet nō absq⁹ in-
stinctu satoris oīs infidie. errorib⁹ ppter diffi-
culeatē credendorū assentūt. Veruetiaz dis-
sert ab omni noxia ⁊ superstitionis arte in hoc
q̄ sup oīa genera diuinationū ipa malefico-
rū heresis supremū attinet gradū malicie qđ
etī nomē a maleficiōdo seu male de fide sen-
tiendo sibi usurpat ut prius tactū ē. Attento
etī q̄ inter alios actus habent p augmento
illius pfidie q̄tuor exercere videlicet fidē ca-
tholicam in toto vel in pte ore sacrilego ab-
negare seipso in corpe ⁊ aīa deuouere. In-
fantes nondum renatos ipi maligno offerre
spurciis diabolicis p carnales actus cū in-
cubis ⁊ succubis demonib⁹ insistere q̄ oīa vti-
nam aliena ab omniveritate ⁊ figura forēt
dicenda. Dummō ecclesie a tāta labe infectio-
nis existeret immunitis. cui tamē heu obstar ⁊
aplice sedis p bullā determinatio verū ⁊ ex-
perientia rex magistra q̄ nos ex p̄p̄ijs earū
fassionib⁹ ac flagiis ppetratis instantiū certi-
ficauit q̄ absq⁹ dispendio p̄p̄ie salutis iā ab
eoꝝ inq̄litionib⁹ desistere neq̄mus. Ideo de
illoꝝ origine ⁊ multiplicatione pestifera tra-
ctaturi. qz laboriosum existit. ideo a legentib⁹
sic summa cū diligentia singula sunt pscruta-
tanda q̄ ⁊ admittēda q̄ rōni p̄sona ⁊ scriptu-
rarū traditionib⁹ nō dissona inueniuntur. Et
qz inter om̄es actus ad multiplicationē eoꝝ
deseruentib⁹ duo eoꝝ plurima coopant. scz
incubi ⁊ succubi demones ⁊ infantū sacrile-
ge oblatōnes. Ideo de ipis sp̄aliter tractabis-
mus. ita tñ vt primo de ipis demonib⁹. secun-
do de ipis malefici. 3tercio de ipa diuina p-
missione mentio habeat. Et qz demones per
intellectū ⁊ voluntatem opantur potius sub
vna constellatione q̄ sub altera ad hoc vt se-
men ad plis pcreationē vigore. Inqrendū
erit de ipis pstellationib⁹ a demonib⁹ obser-
vatis. Et ita p̄ principaliter q̄runtur tria. Pri-
mo an hec heresis p̄ copatōnem ad demones
incubos ⁊ succubos possit originaliter mul-
tiplicari. Secundo an ne p̄ p̄ationem ad cor-
pora celestia q̄ etī cause sunt hūanorū actuū
eoꝝ oīa possint vigorari. Tercio an ne p̄ ob-
lationes sacrilegas infantes demonib⁹ offe-
rentes possit ipa heresis augmētari. tñ infra
secundam 3terciā tractabī secunda q̄stio princi-
palis. s. de influentiis corporū celestū. ⁊ hoc
pter decentē cōtinuationē sup opera malefi-
corum. Circa primū tres erūt difficultates.
Una generalis de incubis illis demonib⁹.
Altera sp̄alis a quibus demonib⁹ hīmōi act⁹
exercēt. Tercia singularis quo ad ipas ma-
leficis demonib⁹ se subiūcientib⁹.

Ad primū videtur q̄ nō sit catholicus
asserere q̄ per incubos ⁊ succubos de-
mones possint homines procreari. p
creatio hominū instituta est ante peccatum a
deo in hoc q̄ homini mulierē in adiutoriū
de costa formauit. Quibus r̄ dixit. Crescite ⁊
multiplicamini. Gen. i. Et iter. Adam inspi-
rat⁹ dixit. Erūt duo in carne vna. Gen. ii.
Similiter ⁊ post peccatum i lege nature dictū
est ad Hoc. Crescite ⁊ multiplicamini. Gen.
ix. In tempore etiam noue legis a xp̄o hec con-
iunctio cōfirmata. Matth. xix. Nō legit̄is q̄
ab initio q̄ fecit homines masculū ⁊ feminam
fecit eos. ergo alij modi homines procreādi
nō debent assignari. Si dicatur q̄ demones
cōcurrunt nō vt principia naturalia sed vt ar-
tificialia quādō studiose cooperant̄. ad natu-
rales conceptus hominū semen recipiendo.
ziterum transfundendo. Contra. Quia aut
hoc poss̄t diabolus in om̄i statu videlicet ma-
trimoniali ⁊ extra. aut in vno tantum. Non
primo modo. quia nūc opus diaboli esset for-
tius q̄s opus dei qui i quemlibet statum insi-
tituit aut confirmauit. puta continentū ⁊ con-
iugatorū. Nec secundo modo. quia de hoc
nullub̄ legitur i scripturis vt ex vno statu ⁊
non ex altero hūiūmodi hominum fieret p
creatio. Preterea procreare hominē est actus
vīi corporis. sed demones assumptis corpo-
ribus non dant vitam. quia illa tantummo-
do formaliter fluit ab anima que ē actus cor-
poris phisici organici potentia vitam habē-
tis. q̄. de anima. ergo p̄ hūiūmodi assumpta
corpora opera vite exercere non possunt. Si
dicatur q̄ assumunt corpus non vt vitā tr̄i-
buant sed vt semen naturale retineant ⁊ trā-
fundant. Contra. In operibus angelorum
bonorum ⁊ malorum sicut nihil ē superflua
nec etiam i operibus nature. Sed cum de-
mon naturali virtute qua etiam omnē virtu-
tem corporis excedit possit inuisibiliter ⁊ se-
men colligere ⁊ iterum applicare. Igitur aut
ratio dabitur. q̄ non possit inuisibiliter hoc
facere. aut si potest alterum erit superflū. for-
tificatur ratio. Nam in libro de causis dicit.
q̄ virtus intelligentie est infinita inferius q̄
uis sit finita superius. sed omnia corporalia
sunt infra intelligentias ergo ⁊ infinitate sue
virtutis potest ea qualitercūq̄ vult immu-
re. Sed intelligentie sunt angelii sue boni si-
ue mali. ergo possunt ablīq̄ hoc q̄ corpora assu-
mant transmutationes in seminibus facere.
Preterea semen recipere abyno ⁊ trāfundere

in alium fieret per motum localem. sed demones non possunt corpora mouere localiter. p batur. Anima est substantia spiritualis sicut et demon. sed anima non potest localiter mouere corpus nisi a se viuificatum. Unde si aliquod membrum mortificetur redditur immobile ergo et demones aliquod corpus mouere localiter. nisi ab eis viuificatum non potest. Dicitum est autem et quasi per se notum quod demones non viuificant aliquid corpus. ergo nec semen poterit mouere localiter de loco ad locum. Preterea omnis actio est per contactum ut dicitur primo de generatione. Non videtur autem quod possit esse aliquis contactus demonis ad corpora cum nihil habeat cum eis commune. Cum ergo semine immittere et mouere localiter sit quoddam agere videtur quod demones illa facere non possint. Preterea demones non possunt mouere corpora magis propinquiora eis in ordine nature. ut sunt celestia. ergo nec alia magis distanta. Antecedens probatur. Quia cum mouens et motum sint simul secundo physicoz. Sequitur quod demones mouentes corpora celestia essent in celo. quod neque enim nos neque enim platonicos habet veritatem. Sed contra. Augustinus. iij. de trinitate. Demones colligunt semina que adhibent ad corporales effectus. hoc autem sine motu locali fieri non potest. ergo demones potest semina recepta ab aliquibus in alios transfundere. Item glosa strabii super istud Ex. viij. Vocavit pharao sapientes et ceteros. Dicit quod demones discurrunt per mundum et colligunt diversa semina. rex coruz adaptione possunt proutpere diversas species. Videatur etiam glosa ibidem super illa verba. Vocavit pharao. Itē benefic. vi. super illud. Videntes filii dei filias hominum et ceteros. glosa duo dicit. Primo quod per filios dei filii sebi intelliguntur. et per filias hominum filie cayn. Secundo dicit quod non est incredibile non ab hominibus sed a quibusdam demonibus quod mulieribus sunt improbi huiusmodi homines id est gigantes esse. creatorum. de quibus in littera dicitur. Gigantes autem erant super terram. Quia et post diluvium corpora non solum virorum sed etiam mulierum incredibilis pulchritudinis extiterunt.

Responsio. Quia de potestate ac operibus diaboli circa maleficiales effectus plura operari causa brevitatis obmittere. ideo pio lectori tanquam se nota relinquuntur. vel ad minus si noscere velut in scriptis docto. super. ii. sendist. v. singula ad unguem elucidata inueniet. Conspicit enim quod cuncta opera sua per

intellectum et voluntatem demones exequuntur. Item quod hec data naturalia non sunt immutata. Sed iuxta Dionysium. iij. c. de di. nomi. manserunt integra et splendidissima quam eis vita ad bonum virtutis non valeant inuenient etiam quantum ad intellectum et triplici acumine scientie viget. scilicet. subtilitate naturae. experientia temporum et relationes supernumerorum spirituum. inuenient etiam in quibus et qualiter condictiones et naturales hominum impressiones ex influentijs corporum celestium predominantes agnoscentur. Unde etiam aliquos magis esse dispositos ad malificia exequenda quam alios quos etiam per certis ad huiusmodi exequenda magia infestant. Quantum vero ad eius voluntatem reperiet ipsam immobiliter malo inherere semper peccare peccatis. subiecte inuidie et summe displicentie. quod deus pro sui gloria eo vultur contra suam voluntatem. Lognoscet qualiter ex his duobus scilicet intellectu et voluntate mira operatur ita quod non est potestas in terra que eis potest comparari. Job. xli. Non est super terram potestas. que ei valeat comparari qui factus est ut neminem timeret. ubi glo. Et licet neminem timeret meritis tamen sanctorum subiacet. inuenient etiam qualiter cognoscit cogitationes cordium nostrorum qualiter etiam possit transmutare corpora aminiculo alterius agentis substantialiter et accidentaliter qualiter etiam possit mouere corpora localiter immutare etiam sensus exteriorum et interiorum ad aliquid cogitandum qualiter etiam possit immutare hominis intellectum et voluntatem licet indirecte que omnia licet ad presentem nostram deseruiret speculationem volumus tamen et illis solummodo eorum proprietates concludere. ut ad questionis discussionem procedatur. Unde sunt autem proprietates a theologis assignatae quod sunt spiritus impuri. licet non immundi ex natura quod in eis est Dionysium inest furor irrationalis. amens concupiscentia. fantasia proterua intellige quo ad peccata eorum spiritualia. scilicet superbiam. inuidiam. et iram. Unde sunt humani generis inimici. mente rationales absque tamen discursu intelligentes. in nequitia subtiles nocendi cupidi semper in fraude nudi. immutant sensus. inquinant affectus. vigilantes turbant. dormientes per somnia inquietant. morbos inferunt. tempestates coquunt. in lucis angelos se transformant. semper infernum secum portant. erga maleficos diuinum cultum sibi usurpant. magice artes per eos fiunt. super bonos dominari appetunt et

2b ij

amplius pro posse infestant electis ad exercitium dantur. semper fini hominis insidianatur. Et licet mille nocendi habeant modos et artes. tri. q. ii. utpote qui conatur a principio ruine sue unitate ecclie rescindere. charitatem vulnerare. sanctorum operam dulcedinem inuidie felle inficere. et omnibus modis humanum genus cuertere et perturbare. potestas tamē eius in lumbis et ymblico manet. Job penit. Quia videlicet per luxuriam carnis multum dominantur hominibus. sedes enim luxurie in viris est in lumbis. quia inde deciditur semen sicut mulieribus ab ymblico. His presuppositis ad intellectum questionis de incubis et succubis demonibus dicendum. q' asserere per incubos et succubos demones homines interdum procreari intantum est catholicum et eius opositum est asserere ne cum dictis sanctorum sed et traditione sacre scripture contrarium quod sic deducitur. Nam Augustinus oanc questionem non quidem quo ad maleficos sed q̄stum ad ipsas operationes demonum et ad fabulas poetarum in uno loco mouet et sub dubio reliquit. Licet postea q̄stum ad processum sacre scripture determinat. Nam libro. iij. de ciui. dei capitulo. ij. dicit. Utrum potuerit venus ex cōcubitu anchis enea in parere in medio relinquamus. Nam pene talis questio in scripturis oritur. qua queritur. Utrum prevaricatores angeli cum filiabus hominum concubuerunt. Unde natis gigantibus id est nimium grandibus et fortibus viris tunc terra repleta est. Sed libro. v. ca. xiiij. questionem determinat in hec verba. Creberima fama est multis se expertos. vel ab eis qui expserant de quorum fide dubitandum non est se andisse confirmant siluanos et faunos quos vulgus incubos vocant improbas exticisse mulieribus ac earum appetuisse ac peregisse cubitum. Et quosdam demones quos dusi os galli nūcupant assidue hanc immundiciam et temptare et efficere pluries talesq; asseuerant. ut hoc negare impudentie videatur. Nec ille Postea ibidem determinat secundam questionem videlicet q' illud Gen. Uidentes filij dei id est sc̄th filias hominum id est Layn. non de incubis solum intelligitur. Quod autem incubos esse non sit credibile. Ad illud ibidem est glosa que sic dicitur prius tactum est. Non est incredibile non ab hominibus sed ab angelis vel quibusdam demonibus qui mulieribus sunt improbi eiusmodi homines. id est gigantes esse procreatos de quibus in littera dicitur. Gigantes autem erant super terrā

qui et post diluvium et supra. Ad idem est glosa Esiae. xij. vbi prophetat desertonem babylonice civitatis predictam monstra in ea habitanda. Ibi inquit habitabunt stritiones et pilosi ibi saltabunt. Demones intellige ibi loco pilosi. Unde glosa dicit. Pilosi sunt silvestres homines. hispidi. qui incubones vel satiri certa genera demonum. et Esiae. xxiiij. super illo vbi prophetat desolationem terre iudeorum qui persequebatur iudeos. Erat inquit cubile draconum et pascua stritionum. et occurrerat demonia. Glosa interlinealis id est monstra demonum adiunivit. Et glosa a Gregorij ibidem. Qui alio pilosi nomine figurantur. non hi quos greci panos latini vero incubos vocant. Ad idem est beatus Jordorus. libro. viii. capitulo ultimo sic dicens. Pilosi qui grece paniti. latine incubi appellantur. Unū et incubi dicitur ab incubando hoc est stuprando. Sepe enim improbi existunt etiam mulieribus rearum peragunt concubitum quos demones galli dusi nūcupant. quia assidue hanc peragunt immundiciam. Quem autem vulgo incubonem vocant. hūc romani faunum siccarium dicunt. Ad quem Oratius dicit. faune nympharū fugientiū amatoe per meos fines raptrica rura lenis incedas. Insuper illud apostoli. i. Corinth. xi. Hulier debet habere velamen sup caput suum propter angelos. Multi catholici exposunt quod sequitur propter angelos id est incubos. Ad idem est Beda in historiis angelorum. Item Huil. in libro de vniuerso. parte vlti. tracta. vi. multipliciter. Preterea hoc determinat sanctus doctor prima parte. q. xv. Et in secundo scripto. distin. viii. Et quolibet. viii. q. x. atq; sup Esiae. capitulis. xij. et. xxiiij. Unde talia negare dicit Thomas. imprudenter est. Id enim quod multis videtur non potest omnino falsum esse. Et philosophum in de somno et vigilia in fine. et in. ii. ethico. Silio de historiis multis. et antenticis tam catholicorum q̄s ethnicoq; qui incubos esse palam asseuerūt. Causa autem quare demones se incubos faciunt vel succubos non delectationis est causa cum spiritus carnes et ossa non habeat. Sed hec est potissima ut per luxurie vicium utrusq; hominis naturā edant corporis videlicet et animet sic ad omnia vicia homines prouiores existant. Nec dubium quod sub certis constellationib; seminav vigore sciunt sub quibus homines etiam concepiunt semper malicijs existunt depravati. Unde et enumeratis q' altissimum multis luxurie via q'ibus suū populum mūdum esse vos.

luit et quibus infideles irretici erant. ait **L**e^r
uitici. xviii. **N**e polluamini in omnibus his
quibus contaminare sunt gentes quas ego eiciam
ante conspectum vestrum et quibus polluta est
terra cuius sceleris ego visitabo. Dicit glo. su
per verbo gentes. Demones inquit qui propter
multitudinem dicitur gentes universi quod cu[m]
omni peccato gaudent. precipue tamen fornici
atione et idolatria. quia in his et corporis et ani
ma maculatur et totus homo qui terra dici
tur. Omne enim peccatum quodcumque fecerit
homo extra corpus est. qui autem fornicatur
in corpus suum peccat. Si cui libet intueri
historias de incubis et succubis inspiciat. ut
supra **H**edam in historiis angelorum. et **G**uil
helmi. **T**homam denique brabantum in libro
qui de apibus intitulatur. **A**d argumenta
Ad primum de naturali propagatione institu
ta a deo inter marem et feminam dicitur. Q[uod]
sicus dei permissione sacramentum matrimo
nii potest opere diaboli viciari per maleficia
ut supra patuit. Ita a simili et a fortiori in q[uod]
liberalio actu venereo inter marem et feminam.
Sed si queritur. Quare potius in actu et su
per actum venereum diabolo permititur ma
leficia exercere quam super alios humanos act?
Dicitur quod multiplex causa assignata doctor
ibus de quibus inferius sub illa pte ubi de
permissione divina discutit. **A**d presens suf
ficit causa que prius tacta est scilicet quod pot
estas demonis est in lumbis hominum. Quia in
ter omnia certamina duriora sunt prelia cer
taminis ubi continua pugna et raro victoria
Hec valet ubi dicitur. quod tunc opus diaboli
esset fortius opere dei cum actus matrimo
niales a deo institutos posset viciari. quia non
viciat per violentiam. imo cum nihil valeat
inficere nisi a deo permisus. Ideo magis per
hoc eius potentia concluditur. **A**d se
cundum. verum est quod procreare hominem est
actus viui corporis. **S**ed cum dicitur quod de
mones non possunt dare vitam. quia illa flu
it formaliter ab anima. Iterum verum est sed
quia materialiter discinditur a semine et de
mon incubus illud immittere potest deo per
mittente per coitum et non tanquam ab eo delici
sum sed per semen alium huius hominis ad hoc
acceptum ut dicit sanctus doctor in prima p
te. q. li. ar. iii. utpote quod idem demon qui est
succubus ad virum fiat incubus ad mulierem
sicut etiam aliarum rerum semina assumunt
ad aliquarum rerum generationem. ut Augu
stinus dicit. in. de trini. Unde si queritur cu[m]
ius filius sic natus existit. Patet quod non est fi
lius demonis sed illius hominis cuius est se

men acceptum. **S**ed cum instatur. quod nib
il est superfluum in operibus angelorum si
cute et nature conceditur. **S**ed cum inseratur
quod demon potest inuisibiliter semen recipere
et infundere. verum est. hoc autem potius
operator visibiliter ut succubus et incubus
ut sic per talen spurcitiam inficiat corpus et
animam et in utroq[ue] homine mulieris scilicet
et viri et in corpore. q. tactum est. **P**reterea plus
ra possent demones inuisibiliter qui tamen
non permittuntur etiam si vellent exercere. p
mittuntur autem visibiliter vel in exercitu[m]
bonorum vel correctionem malorum. Pos
set denique contingere quod loco demonis suc
cubi alter semen reciperet ab eo. ei incubum
loco alterius demonis se facheret et hoc tristitia
ci ex causa. Puta quia demon deputatus mu
lieri reciperet semen ab altero demoni deput
ato viro. ut sic unusquisque circa sibi a prin
cipe demoniorum commissum habeat male
ficium exercere cum unicus proprius de
putetur angelus etiam a malis vel propter
sedicatem actus quam demon unus facere ab
horret. cum ut in sequenti questione pate
bit certi demones ex nobilitate nature certo
actus et spurcitas facere abhorrent. vel quod
invisibiliter loco viri seminis suum semen id
est quod incubus recepit inuisibiliter se interpo
nendo mulieri intromittat. quam interposi
tionem facere non est contra eius naturam.
aut virtutem cum etiam in corpore assum
pto inuisibiliter et in contracribiliter se inter
ponere potest sicut supra de illo inuenie qui
dolum despousauerat patuit. **A**d tertium.
Doc qd dicitur quod virtus angeli est infinita re
spectu superiorum. hoc est quia eius virtus
comprehendi non potest ab inferioribus quia
semper superexcedit eam. ita quod non limitatur
ad unum effectum tantum. Et hoc ideo. quia
suprema in entibus habent virtutes maxime
universales. Unde propter hoc quod est infini
ta superioris non potest dici quod possit indifferenter
in omnem effectum illum ad producen
dum. quia sic etiam dicetur infinita inferi
orius sicut superioris. Demum quia inter agens
et patiens debet esse portio. et nulla potest esse
portio inter substantiam pure spiritalem et co
poralem. ideo nec ipsi demones possent in ali
quam effectum nisi mediante aliquo alio principio
actiuo. Inde est quod seminibus resuntur
ad effectus producendos. iuxta Aug. in. de
trini. Unde hoc argumentum redundat in
precedens nec quod illud fortificatur nisi quis vel
let declarationem eius habet. quare intelligentie

asseritur habere virtutes infinitas super et non
inferius, et daretur sibi ex ordine rerum cor-
poralium et corporum celestium, qui si se in
plures et infinitos effectus influere possent.
Hoc autem non sit propter debilitatem infe-
riorum. Concluditur quod demones licet absq[ue]
hoc quod corpora assumant possint transmuta-
tiones in seminibus facere. hoc nihil arguit
contra hoc quod hic intenditur de incubis et
succubis quorum actus exercere non possunt.
nisi in assumptis corporibus si quod supra ta-
ctum est. Ad quartum. quod demones non posse
mouere corpora localiter, unde nec semen et c.
probatur q[ui] sibi de anima per similitudinem.
Dicendum quod aliud est loqui de substantia spi-
rituali ipsius angelii aut demonis et aliud de
ipsa anima. Hoc enim quod anima non potest mo-
uere corpus localiter nisi vivificatum ab ea.
vel per contactum corporis ad aliud corpus
non vivificatum hoc est quia tenet infimum
gradum in ordine substantiarum spiritua-
lium et quo etiam contingit. quod illud corpus
quod habet mouere etiam per contactum opon-
tet quod sit proportionatum non sic autem est de de-
monibus quorum virtus omnino corpora-
lem virtutem excedit. Ad quintum dicen-
dum quod contactus demonis ad corpus semi-
nis vel cuiuscumque alterius non est contactus
corporalis sed virtualis et sit secundum propor-
tionem conuenientem tam mouenti quam mo-
bili ita quod illud corpus quod mouetur non ex-
cedat proportionem virtutis demonis ut sunt
corpora celestia et etiam tota terra vel elemen-
ta mundi. Et quare illa excedunt dicere pos-
sumus ut dicit sanctus Thomas in questio-
nibus de malo. q. t. de demonibus. Quod hoc est
vel propter conditionem nature, vel propter
damnationem culpe. Est enim ordo rerum si-
cūt secundum naturam ipsarum ita et secundum motum, et
sicūt superiora corpora celestia mouentur a supe-
rioribus substatiis spiritualibus, ut sunt an-
geli boni. Ita inferiora corpora moueri posse
a substatiis spiritualibus inferioribus ut sunt
demones. Et siquidem hoc contingit eis secundum
conditionem nature, secundum quod aliqui ponebant
demones non esse ex illis superioribus ange-
lis. Sed ex illis que pertinet a deo hinc ter-
restri ordini ut erat philosophorum opinio.
vel etiam si contingit ex pena peccati ut theo-
logorum sententia est tunc a celestibus sedibus
detrusi in hunc acerum tandem ad penam non posse
ipsum aut terram comouere. Nec addita sunt
propter duo argumenta que tacite solutur.
scilicet de corporibus celestibus quod illa etiam
possent mouere. Si possent corpora locali-

ter mouere, quia sunt eis magis propinquae.
ut etiam ultimum argumentum pretendit. Re-
spondetur enim quod non valet, quia illa corpo-
ra excedunt proportionem virtutis eorum. si
quidem prima opinio locum habet. Si res-
tro non sed secunda tunc iterum non possunt
mouere propter penam peccati. Est etiam ad
argumentum ubi quis obijceret. quod id est mo-
tus totius et partis sicut totius terre et glebe
in iiii. phisico. Unde si demones possent mo-
uere parte terre possent etiam mouere terram
non valet ut patet intuitu distinctione. Col-
ligere autem semina rerum et applicare ad cer-
tos effectus non excedit eorum virtutem na-
turalem deo eis permittente. ut de se patet.
Summarie concludatur quod non obstante quod
quidam dicunt. demones in assumptis cor-
poribus nullo modo posse generare. et quod per
filios dei significantur filii sebi, et non ange-
li incubi. sicut et per filias hominum ille que
de stirpe Layn descenderant. Quia tamē co-
trarium a multis ut patuit ascribitur et quod mul-
tis videtur non potest omnino esse falsum.
secundum philosophum in septimo ethico, et in fi-
ne de somno et vigil. Jam etiam modernis
temporibus attestantur facta et dicta malefiz-
carum talia vere et realiter exequentiū. Ideo
dicim⁹ tria. Primo quod per tales demones spur-
cissimi actus venerei non delectationis sed in-
fectionis anime et corporum quibus succu-
bunt aut incubunt causa excentur. Secun-
do quod per talē actum completa conceptio et
generatio a mulieribus fieri potest. in qua-
ntum semen humanum apponere possunt in lo-
co conuenienti ventris mulieris ad materiam
proportionatam ibidem preexistentem. Tertiū.
sicut et semina aliarum rerum colligere
possunt ad copulandum aliquos effectus. Ter-
cio quod demonibus attribuitur in talium gene-
ratione illud tantum quod est motus localis non
autem ipsa generatio cuius principium non est
virtus demonis aut corporis ab eo sumpta,
sed virtus illius cuius semen fuit. unde et ge-
nitus non demonis sed alicuius hominis fi-
lius est. Et per hec patet responsio ad argu-
menta ubi quis arguere vellit. quod demones ge-
nerare non possent propter duo. Primo quod gene-
ratio completur per virtutem formativam que
est in semine corpe viuo resoluta. Et corpus
a demonibus assumptū, quod non est tale sed et ceterum. Pa-
ter responsio. quia demon virtute seminis for-
mativam reponit ad locum debitum et ceterum. Secun-
do. si dicatur quod semen non haber virtutē gene-
randi nisi quod diu calor aie in eo retineat. quē tū
exalare necesse est quod magnā distantia delatum.

Est enim responsio q̄ demones possunt aliquā reponere ad conservationem seminis ne calor vitalis evaporet. **C**elestiam quia velocissime mouentur propter victoriam mouentis super rem motam. Ideo non poterit evapari tam faciliter.

Quarta questio a quibus demonibus huiusmodi exercentur.

Trium catholicū sit assere q̄ actus incuborum et succuborum demonum cōueniat omnibus spiritibus immūdis indifferenter et equaliter. **E**t videtur q̄ sic quia oppositum assere esset ordinem quendam bonū inter eos affirmare. probatur. **S**i cut ad rationē boni pertinet modus tondo. **A**ugustinus in libro de natura boni ita ad rationē mali pertinet inordinatio. **S**ed in angelis bonis nihil est inordinatum ergo et in malis nihil potest esse ordinatum. **U**nde indifferenter huiusmodi actibus habet insistere. **I**nde etiā illud. **U**bi nullus ordo sed semperitus horror inhabitat in terra videlicet miserie et tenebrarum. **J**ob. v. **P**reterea si nō omnes indifferenter his actibus insistunt hoc eis competit vel ex natura vel ex culpa vel pena. **N**ō ex natura quia post peccatum omnes indifferenter in precedenti questione tactū est. sunt in natura ipsorum spiritus impuri licet non immundi quantum ad diminutionem naturalium bonorum. **I**n nequicia subtilescnocendi cupidi per superbiam tumidi et ergo competit eis quo ad culpam vel penam. **T**unc sic. **U**bi est maior culpa ibi maior pena. sed superiores angeli magis peccauerunt ergo in eorum penam magis his spūcītis habent insistere. **S**i hoc non est. dabitur ratio alia cur non illis actibus indifferenter insistant. **P**reterea. ubi non est subiectio et obedientia ibi omnes indifferenter operantur. sed in demonibus nulla est subiectio et obedientia probatur. **Q**uia illa sine concordia haberi non possunt. sed in demonibus nulla est concordia. **P**roverbio. xiiii. **I**nter superbos sunt iurgia. **P**reterea sicut equaliter omnes propter culpam post diem iudicij in infernum de- trudentur. ita tante illud tempus in aere caliginoso propter officium eorum detinentur nec legitur esse inegalitas ex parte mancipatiōnis ergo nec inegalitas ex parte officij et temptationis. **S**ed contra. glosa. i. ad Cor. xv. **Q**uādiu durat mundus angelis homines hominibꝫ. demones demonibꝫ possunt. **I**tem Job. xl. dicitur de squamis leuia

than per quas membra diaboli significantur. q̄ una vni adberet. ergo inter eos est diuersitas et ordinis et actionis. **I**ncidentaliter q̄ ritur. **A**n a bonis angelis ipsi demones ab hismodi eorum spūcītis exequēndis interdum impediantur vel non. **E**t dicendum q̄ quia potestates dicuntur angelis quorum distinctioni virtutes aduerse subiecte sunt ut Gregorius dicit. et Augustinus. iij. de trini. **S**pīritus vite desertor atq; peccator regitur p̄ spīritū vite rationalem pium et iustum. **E**t sic ut ille creature super alias influentiam habent que sunt perfectiores et deo propinquiores eo q̄ totus ordo prelationis primo et origina liter ē in deo et participatur a creaturis finitimi et ei magis propinquunt. **I**deo etiam boni angelii qui maxime appropinquant deo propter eius fruitionem qua demones carent super ipsos demones habent plationem et per eos reguntur. **E**t cū instatur q̄ demones premissis medijs multa mala faciunt. aut ergo non impediantur quia non subsunt bonis angelis. qui eos impeditre possent. aut si subsunt tunc cujus ad negligentiam presidentis pertinere videatur ea que per subditos male fūnt. **V**idetur q̄ in angelis bonis sit aliqua negligētia. **R**espondetur q̄ sancti angeli sunt ministri diuinæ sapientie. **U**nde sicut diuina sapientia permittit aliqua mala fieri per malos angelos. vel homines propter bona q̄ ex eis elicit. Ita et boni angelii nō totaliter prohibent malos et nocendo sive boies sive demones. **R**atio. catholicū ē assere quādam ordinē actionū interior et exterior. etiā per quādam plationes esse in demonibꝫ. **U**nū et quādam spūcītis ab aliquibus insimilis perpetratur a quibus superiores propter nobilitatē nature secluduntur. **E**t declaratur hoc primo generaliter ex triplici congruentia qua talia cōgruunt eoz nature diuine sapientie et proprie nequitie. **D**emū magis in speciali. **E**t natura quidē. **N**ā p̄stat q̄ a principio creationis semper quādā alijs superiores fuerūt ex natura cum inter se differant specie nec duo angelii vnius speciei existant communiorē opinionē sequendo q̄ etiā dictis phoz cōcordat et Dionisius q̄ ponit. x. ca. celestis ie rarchie in codem ordine esse primos medios et ultimos cui etiam necessario oportet assentire. tum ex immaterialitate eorum. tum etiā ex incorporalitate. **I**nsipiat q̄ vult dicta doctoris in. ii. di. ii. **E**t quia peccatum naturam nō tollit. et demones post casuz data natura lā nō amiserūt ut sup̄ tactū ē topatōnes rezsequūt naturales eaz p̄ditōes. id sic i natura sic et in operationibꝫ sunt varij et multiplices.

Congruit etiam hoc diuine sapientie ut ea qd ab ipso sint ordinata sint. **R**oma. xiiij. que a deo sunt ordinata sunt. **E**t qd demones sint a deo deputati ad exercendum homines et ad puniendum damnatos. **I**deo in exercitiis eorum ab extra quo ad homines sunt varij et multiplices. **C**ongruit etiam et nequit ipsorum. **N**uia enim humano generi aduersariuntur. ideo cum ordinate impugnat. ideo magis hominibus nocere estimant sicut faciunt. **U**nde constat spurcitus illis neph andissimis non equa liter insistunt qd etiam magis specificatur ratione. **N**am cum operatio sequitur naturam rei videntum est. quorum cunctus sunt nature subordinate. oportet qd etiam operationes subiungicem subordinentur sicut patet in rebus corporalibus. **N**uia enim in inferiora corpora naturali ordine sunt infra corpora celestia. actiones et motus eorum subduntur actionibus et motibus celestium corporum. et qd ex dictum est demones naturalibus actionibus intrinsecis et extrinsecis presertim in huiusmodi spurcitus peragendis. **E**t quibus coeliduntur qd quia huiusmodi spurcicie plurimi preter nobilitate angelice nature exercentur cujus etiam in acibus humanis infimi et secundissimi actus in se quidem considerando non est ad officium nature et procreationis reputantur. **N**emus cum de quolibet ordine aliqui tecidisse creduntur non est inconveniens asserere qd illi demones qui de infimo choro et ierum illi qui infimi in illo existunt his spurcitus et ab alijs deputantur et insistunt. **H**oc etiam plurimum est aduentendum. qd licet de incubis et succubis mulierib[us] infestos scriptura tradit. tamen nul[us]q[ue] legitur in vitis qd buscungis contra naturam loquendo non solum de sodomitico sed etiam de quocumq[ue] alio peccato extravas debitum perpera agendo se incubos et succubos fecisse. **I**n quo maxima illorum peccaminum enormitas ostenditur cui indifferenter omnes demones cuiuscumq[ue] ordinis illa peragere abhorrent et verecundum estimant. **E**t hoc videtur velle glosa sup **Eze** chielum. xix. ybi dicitur. **D**abo te in manus palestinorum id est demonum. qui etiam erubescunt de via tua scelerata vicium contra naturam intelligens. et intuenti patet. qd de demonib[us] oportet auctoritate intelligere. **A**ulum enim peccatum tam sepe deus reproba morte in multis condemnavit. **D**icunt etiam non nulli et veraziter creditur qd nullus talis vicimus postquam iespus mortalis vite xpi qd ad annos xxxiij. extenditur in hoc scelere perseverans ex

cesserit nisi speciali gratia redemptoris poterit liberari qd ex eo p[ro]pterea octogenarius et centogenitus illo criminis imminuitur sepe irruptioni quibus tempus xpi qd vite mortu[us] disciplina fuit. et ideo illo spatio vite vniq[ue] sine difficultate per maxima ab hoc scelere continebitur. **S**ed et qd ordo sit inter eos etiam ad officia exteriora quo ad impugnaciones demonstrant eorum nomina. Nam licet unum et idem non men. scilicet diabolus multipliciter exprimatur in scripturis et hoc proprie diversas eorum praeterit. **T**amen his immundis operibus unus presidere in scripturis tradit sicut etiam et certis alijs vitis. **E**s est enim usus scripture et locutionis quemlibet immundum spiritu non minare diabolum a dyo quod dum et bolus qd est morsellus. quia duo occidit. scilicet corpus et anima. et secundum ethimologiam. licet grece interpretatur diabolus clausus ergasculo et hoc si bi conuenit cum non permititur sibi nocere quantum vellet. **V**el diabolus quasi defluens. quia defluit id est corrut specialiter et localiter. **N**ominaliter etiam demon id est sapientia super sanguinem. vel sanguineus. s. super peccata quae sit et procurat tripli scientia qua viget. scilicet subtilitate nature experientia temporum et reuelatione bonorum spirituum. **N**ominaliter etiam bestialiter qd interpretatur absque ingo vel absque dominio qd prospere pugnat contra eum cui deberet esse subiectus. **V**ocatur etiam beelzebub qd interpretatur vir muscarum id est anima peccantium quae reliquerunt verum sponsum christum. **I**tem satanas id est aduersarius. **U**nde i. Pe. ii. Aduersarius vester diabolus circuit et. **I**tem behemoth id est bestia. qd facit homines bestiales. **I**psa tamen demon fornicationis et princeps illius spurcicie dicitur asmodeus. qd interpretatur factura iudicij. qd propter homini vicium factum fuit terribile iudicium super sodomam et quatuor alijs ciuitatibus. **S**icut et demon superbie dicitur leviathan. quod interpretatur additamentum eorum. quia et lucifer tentans primos parentes de superbia promisit eis additamentum diuinitatis. **D**e quo et per Esaiam dominum. **E**st tabo super leviathan serpentem veterem et tortuosa. et demon auaricie et diuinitiarum dicitur maimona. **N**on et xps in evangelio expedit. mat. vi. **N**on potestis deo servire et. **A**d argumentum ad primum. qd bonum potest inueniri sine malo. sed malum non potest inueniri sine bono. qd fundatur super creaturam quae in se bona est. **E**t ideo demones inquit habent naturam bonam ordinari sunt in naturalibus et in eorum actionibus. ad illud Job. x. p[ro]pterea dicitur. qd demones ad exercitum depulati non sunt in inferno sed isto acre caliginoso.

Vnde hic habent ordinem inter se quē tunc
in inferno non habebunt. **V**el etiam dici po-
test q̄ etiam iam om̄is ordo in eis cessat quo
ad ipsam beatitudinem consequendam cum
a tali ordine irrecuperabiliter ceciderunt. **E**t
dici potest q̄ etiam in inferno erit inter eos
ordo potestatis et penarum afflictionis inq-
tum aliqui ad afflendum animas depa-
buntur et non alij. **S**ed hic ordo magis erit a
deo q̄ ab ipsis sicut etiam reorum tormenta
Ad tertium cum dicitur q̄ superiores demo-
nes. quia magis peccauerunt et magis puniū-
tur etiam his acib⁹ immūdis amplius debe-
rente insistere. Respondeatur. quia culpa ordi-
natur per penam et non per nature actum seu
operationem. ideo non insistunt illis immū-
ditus ppter nobilitatem nature non ppter co-
rum culpam aut penam. **E**t licet omnes sint
spiritus impuri et ad nocendū cupidi tamen
vnus amplius altero inquantū potiora na-
turalia sunt obtenebrata. **A**d quartum dicit
q̄ est concordia inter demones non amicitie
sed nequitie ex qua homines odiūt et dei iusti-
cie repugnat q̄tum possunt. **T**alis enim co-
cordia inter impios regitur ut eis se adiungat
et subiiciant ad p̄ziam nequitiam exquendā
quos potiores viribus vident. **A**d quintus
licet carceralis mancipatio omnib⁹ equaliter
deputetur iam in aere et post in inferno. nō ta-
men ex hoc naturalia in eis sunt equaliter ad
equeales penas et officia eq̄lia ordinata. imo
q̄to sunt nobiliores in natura et potiores in
officio. tanto etiam grauiorū subiecti tor-
mento. **V**nde Sapiē. vi. Potentes potenter tor-
menta patientur.

Ecce ergo questio super influentias corpo-
rum celestium in qua tres alij errores reproban-
tur. et Quinta in ordine.

Sed pro ampliori premissorū declaratio-
ne etiam obviandum quibuscunq̄ pretensis
objectionibus. Queritur de maleficorū ope-
ribus quo ad quintuplicem causam. quatuor
et illis reprobando ex quib⁹ influere non
possunt. quintam vero concludendo. s. virtu-
tem intellectuam ex qua fluere habent q̄ et li-
cer bona sit fm naturam. est tamen mala fm
voluntatem. quatuor aut cause reprobant cō-
tra illos q̄ aut maleficas aut eoz opa esse ne-
gant. et sunt corpora celestia influentie. illorū
corpora et orbium motores mouēnta. hominum
ex crescens malitia. et imaginum ac caractez
verboz efficacia.

An possit quoq̄ modo catholice censem-
ti q̄ origo et multiplicatio maleficorū
operum processerit ex influentis cor-

porum celestium seu ex superabundanti mis-
ticia hominum et non ex spurectis incuborū
et succuborum demonum. et videtur q̄ ex p-
ria malitia. Nam Augustinus in li. lxxiiij.
q. dicit q̄ ad hominis voluntate causa deprava-
tionis eius redit sine alij sine nullo sua-
dente depravata sit. Sed maleficus deprava-
tur q̄ peccatum. ergo causa illius non est dia-
bolus sed voluntas humana. Ad idem dicit de
lib. arb. q̄ quilib⁹ est causa sine malicie. quod
etiam pbaf rōne. Peccatum hominis ex li. ar.
pcedit. sed diabolus nō p̄t li. ar. mouere. hoc
enī libertati repugnaret. ergo diabolus non
p̄t esse causa. nec illitis cuiuscunq̄ alteri p̄tū
Preterea in li. de ecclesiasticis dogmatib⁹ dī
Non omes cogitationes nostrae male a diabo-
lo excitant sed aliquotiens ex nostri arbitrij
motu emergunt. Demū q̄ ex influentis cor-
poris celestium possunt oriiri et nō a demonib⁹ p-
batur. **S**icut omnis multitudine reducitur ad
vnū. ita omne multiforme reducitur in aliquo
vniforme principiū. Sed act⁹ humani sunt
varij et multiformes tam ad vicia q̄ ad virtu-
tes. ergo videtur q̄ reducatur in aliqua prin-
cipia vniformiter mota et mouentia. **S**ed ca-
lia non possunt assignari nisi ex motibus ce-
lestium qui sunt vniformes. ergo illa corpo-
ra sunt talium actionum cause. **P**reterea si ce-
lestia corpora non essent humitorum actuum
ad virtutes et vicia cause. astrologi non adeo
frquenter vera predicarent de bellorum euē-
tibus et alijs humitoris acib⁹. sunt ergo ali-
quo modo causa. **P**reterea corpora celestia
mouentur a substātis spiritualibus fm the-
ologos et philosophos omnes. **S**ed illi spi-
ritus sunt superiores animabus nostris si-
cunt et corpora celestia corporibus nostris. er-
go ambo insimil habent imprimere in ani-
mam et corpus hominis ad causandam q̄s-
cunq̄ actus humanos. **P**reterea corpora ce-
lestia possunt imprimere ipsos demones ad
causandū certa maleficia. q̄ a fortiori i ipsos
homines. Assumptū pbaf et trib⁹. Nam certi
homines q̄ lunarii dicuntur infestantur a de-
monib⁹ plus vno tpe q̄ alio qđ non facerent
sed potius omni tpe molestarent nisi in cer-
tis lunationib⁹ etiam ip̄s demones inque-
tarentur ad inferendum huūsmodi. proba-
tur etiam et nigromanticis qui certas con-
stellationes obseruant ad inuocandū demo-
nes q̄ nō facerent nisi scireret illos demones
corib⁹ celestib⁹ eē subiectos. **P**robaferit ex
illo q̄ demones fm aug⁹ i. x. de ci. dei. qbus-
dā corib⁹ inferiorib⁹ arcen̄. s. herbis. lapidi-
bus. animantib⁹. et sonis quibusdam certis

146

14

et vocibus et figuracionibus. sed cum corpora celestia sunt virtuosiora quam corpora inferiora. Ideo multo magis actionibus corporum celestium. Et iterum amplius malefici subiiciuntur ut eorum opera ex influentijs illorum corporum et non ex assistentia spirituum malorum proueniant. Fortificatur argumentum ex i. Reg. c. xvi. ubi saul qui vexabatur a demoni alleuiabatur quando dauid cytharaz percutiebat coram eo et quod recedebat spiritus malus. Sed contra. Impossibile est effectus sine causa sua producere. sed opera malefico rum sunt talia quod non possunt nisi opere demonum fieri. patet ex descriptione operum maleficorum. ex Isido. libro. viij. ethimol. Malefici dicuntur ob magnitudinem facinorum. Hic enim elementa concutunt. mentes hominum turbant et absq; ullo veneni haustu sola vi carminum animas interimunt et cetera. Huiusmodi autem effectus non possunt ex influentijs corporum celestium mediante homine causari. Preterea philosophus in ethi. Difficile inquit quid sit principium operationis in anima. Et ostendit quod oportet esse aliquid extrinsecum. Omne enim quod incipit de nouo habet aliquam causam. Incipit enim homo operari quia vult. Incipit autem velle. quia precociliatur. si autem preconciliaur, propter aliquid concilium precedens. aut ergo est procedere in infinitu. aut oportet ponere aliquid principiu[m] extrinsecu[m] quod primo mouet hominem ad conciliandum niti forte aliquis dicat quod hoc est a fortuna ex quo sequeretur omnes actus humanos esse fortuitos. quod est absurdum. Principiis ergo in bonis ad bona dicit esse deum qui non est causa peccati. In malis autem cum homo incipit agere velle et conciliari ad peccandi oportet quod huius etiam sit aliqua causa extrinseca. et non potest esse alia nisi diabolus per se in maleficiis ut supra putuit quod corpus celeste non potest ad tales actus influere. ergo patet veritas. Preterea cui potestati subiacet motiu[m]. eius potestati subiaceat et motus qui a motu causa est. Motiu[m] autem voluntatis est aliquid apprehensum per sensum vel intellectum quod utrumque subiacet potestati diaboli. Dicit enim Augustinus in libro. Ier. q. Serpens hoc malum. s. quod est a diabolo per omnes additus sensuales. dat se esse figuris accommodat se colorib[us] adheret sonis. latet in ira et in fallacia sermonis. otoribus se subiicit infundit saporibus. et quibusdam nebulis implet omnes meatus intelligentie. ergo videtur quod in potestate diaboli est mouere voluntatem quod est directe causa peccati. Pre-

terea omne quod se habet ad utrumlibet indiger aliquo determinante ad hoc quod exeat in actu sed lib. arbi. hominis ad utrumlibet se habet. s. ad bonum et malum. ergo ad hoc quod exeat in actu peccati indiget quod ab aliquo determinetur ad malum. Maxime autem hoc videatur fieri a diabolo presertim in operibus maleficorum cuius eius voluntas est determinata ad malum. ergo videtur quod mala voluntas diaboli est causa male voluntatis precipue in maleficiis. et potest fortificari ratio per hoc quod sicut bonus angelus se haberet ad bonum. ita malus angelus ad malum. Sed ille reducit homines ad bonum. ergo iste ad malum. est enim dicit Dyonisius lex diuinitatis immobiliter stabilita ut yma a summis perficiantur. Responsio. quia questio quo ad originem maleficorum operum fundatur. super influentiam luminarium celestium ostenditur per probationem trium errorum qui hoc assertare conantur. scilicet planetario et generaliaco rum. et fatalium ordinem ponentium hoc non esse possibile quo ad primum. Nam si queritur an ex impressione luminarium celestium causatur in hominibus vicium maleficorum tunc ad diversitatem morum attendendo et veritatem fidei saluando oportet sub distinctione differre videlicet quod mores hominum a sideribus causari potest intelligi dupliciter. Aut necessario et sufficienter. Aut dispositiue et contingenter. Si dicatur primo modo tunc non solum est falsum immo hereticum. eo quod christiane religioni adeo repugnat quod etiam veritas fidei in tali errore saluari non potest. Ratio. Dum enim ponit omnia a sideribus necessario cuenire. iam tollit meritum et per consequens demeritum. Tollit et gratiam et per consequens gloriam. Tum quia honestas mores per hunc errorum preiudicium patitur dum culpa peccantis in sydera refunditur licetia maleficiendi sine reprehensione conceditur. et homo ad orandum et colendum sydera incurvatur. Si autem dicatur mores hominum a dispositionibus syderum variari dispositiue et contingenter sic potest habere veritatem quia nec ratione nec fidei repugnat. Planus enim est quod dispositio corporis varia multum facit ad variationem affectionum et mores animae. ut plurimi enim anima complexiones corporis imitantur. ut dicit in sex principiis. Unus et colericis sunt iracundi et sanguinei sunt benigni et melancolicis sunt inerti. flegmatici pigri. hoc autem non est necessario. anima enim dominat suo corpore et maxime quando est adiuta per gloriam. Multos enim videmus colericos mansuetos

28

et melancolicos benignos. Quoniam ergo virtus corporum celestium operatur admixtione et qualitate completionum. Hinc est quod per consequens quodammodo operatur ad qualitatem morum valde in de longinquo. Plus enim facit ad qualitatem operationis virtus naturae inferioris quam virtus sideris. Unde Aug. v. de ci. dei. in solutione cuiusdam questionis de dubiis fratribus qui simul infirmabantur et curabantur: cum querebatur unde hoc esset magis commendat ratione ipocratis quam astronomi. Iopocras enim respondit quod hoc erat propter similitudinem completionis. Et astronomus respondit quod erat propter idemperitatem constellacionis. Delius enim respondit physicus. quod causam reddit magis priam et magis secundam. Sic ergo dicendum quod impressiones siderum aliquo modo disponunt ad maliciam malefitorum: si quidem aliqua influentia in eorum corporibus predominatur potius ad homines ne phanda quam ad alia opera quecunq; vicia sua virtuosa. que tamen dispositio non debet dici necessaria prima et sufficiens. sed remota et contingens. Nec valet si quis obijceret philosophum. quod proprietatibus elementorum. ubi dicit quod regna vacua facta sunt et terre depopulata apud coniunctionem iouis et saturni. arguendo quasi: quod talia ex libero arbitrio dependebant hominum ergo etiam influentie luminarium super lumen. haberent efficaciam. Rendetur enim quod philosophus per hoc dictum non vult innuere quod hoies illi non poterant resistere illius influentie constellacionis ad dissensionem inclinantis. sed quod noluerunt quia sicut ptolomeus in almagesti. Sapientia homo dominabitur astris. quod enim coniunctio iouis et saturni eo quod saturnius habet influentiam melancolicam et malam et iupiter valde bona possit ad ritum vel discordiam hoies inclinare. illi tamen inclinationi hoies per libertatem arbitrii non resistere et valde faciliter cum adiutorio gratiae dei. Nec iterum valet si quis obijceret dictum Damasci. li. q. c. vi. ubi dicit. constituantur multotiens comete et signa quedam mortis regum. Respondetur enim quod etiam sequendo opinionem Damasi. qui fuit ut patet in predicto libro contrarie opinionis vie philosophice siue non: nihil per hoc concluditur quo ad necessitatem acutum humanae. opinatur enim Damasi. quod comete nec naturaliter generatur nec est una de stellis in firmamento positum. unde nec eius significatio est naturalis nec influentia. Dicit enim quod comete non sunt et his que a principio genita sunt astra. sed diuina iussione summa tempore constituuntur et rursus dissoluuntur. hec Damascus.

115

Prenunciatur autem deus per tale signum mortem regis magis quam aliorum cum quia est persona communis. tum quod per hoc oriri turbatio regni. De cuius custodia magis sollicitans angeli propter commune bonum quoque etiam ministerio et generantur et dissoluuntur. Sed nec phorum opinio obstat qui dicunt quod stella cometa sit impressio calida et secca generata in superiori parte aero ignem: ex cuius vapore calido et secco globus illius vaporis adunatus appareat corpus stelle. Partes autem illius vaporis discontinuate circa illum globum et longum prentse in suis extremitatibus illi globo continente sunt quasi eius come. et nam in hanc positionem significat et causat non per se sed per accidentem mortalitatem pueritatem ex infirmitatibus calidis et siccis. Et quia ut plurimum diuites nutruntur calidis et siccis. Ideo illo tempore multi diuites moriuntur inter quos mors regum et principum est magis notabilis. et hec positione nec distat a positioe Damasi. si quis bene considerat: nisi quo ad operationem et coagulationem angelorum quam nec philosophi excludere possunt: immo ubi vapores nunquam in sua siccitate et caliditate ad generandam cometam occurserent abhuc operatione angelorum sepe concurrent causis predictis sicut et stella que sancti Thome doctoris transitu indicauit que utique non ex supernis in firmamento positis prorsus sed operatione angelorum et materia aliqua praecedente formata et officio pacto iterum resoluta fuit. Unde videmus quod per quacunq; istarum opinionum nullum penitus habet celum luminaria domini super lumen arbitrii. Unde nec sequenter super malitiam et mores hominum. Nota insuper quare astronomi ut sepius vera predicunt et quod eorum iudicia ut plurimum super unam prouinciam aut generem unius terre eveniuntur. Huius vero est. quod enim sua iudicia sumunt et astris que etiam habent maiorem influentiam capiendo probabiliter non necessitatem in actibus tam nature quam voluntatis et in actibus hominum generalibus sicut unius gentis vel prouincie quam in particularibus unius province: quia maior effectus stellarum imprimitur in tota unam gentem quam in unum hominem: et quod maior pars gentis unius magis sequitur affectus naturales corporis quam unius singularis homo. ideo tamen sed hoc incidentaliter est tactum. Secunda via per quam prefata nostra catholica assertio declaratur est per reprobationem errorum genitaliacionum et deam fortune colentium mathematicorum. De quibus Isid. viii. ethi. c. ix. generalitatem dicitur propter natalium considerationem siderum qui vulgo mathematici dicuntur. Fortuna vero ut ibidez

c

dicit. s.ij. a fortuitis nomen habere dicitur q̄ si deam quandā res humanas varijs casib⁹ et fortuitis illudentem. Unde et cecam appellant eo q̄ passim in quolibet incurrens sine ullo examine meritor⁹ et ad bonos et ad malos venit. hec Isidorus. Sed talem deā credere aut q̄ lesiones in corpibus et creaturis que ex maleficioz operib⁹ inferuntur non ab ip⁹ maleficis sed ab ipsa dea fortune puenient: sicut est idolatria ita et asserere maleficas ipsas ad hoc esse natas ut talia per eas in mūdo exerceri possint. similiter a fide alienuz existit immo et a cōmuni phoz tradicōne. si cui placet inspiciat doctorē sanctū. li. iij. summe fidei cōtra gentiles. q. lxxxvij. et sequenti bus. et inueniet plura. licet hoc vnicuz ppter eos qui fortassis copiam libroz non habent nō videtur obmittendū. q̄ quia in hicie tria sunt ut ibi notatur que a tribus celestib⁹ causis diriguntur. voluntatis actus. intellectus actus et corporis actus. quoz principiū a deo tm̄ et immediate. secundū ab angelo. et tertīū a celesti corpe diriguntur. Nam electōes et voluntates immediate a deo in bonis opib⁹ diriguntur. dicente scriptura puerb. xxi. Cor regis supple. qd̄ maiori potentia videtur posse resistere eo minus alij nō possunt: q̄ in manu dñi et quocūq; voluerit inclinabit illud. Et aplō. Deus est qui ogatur in nobis velle et p̄ficere p bona voluntate. Cognitio vero humana intellectiva a deo medianib⁹ angelis ordinatur. Ea vero que ad corporalia pertinet sive sint exteriora sive interiora in vsuz hois venientia a deo medianib⁹ angelis et celestib⁹ corpib⁹ dispensant. Dicit enī beatus Dionisius. iij. de dini. no. q̄ corpora celestia sunt cause eoz que in hoc mundo sunt: non tm̄ necessitatē inferentia. Eccecum homo sit ordinatus fm̄ corpus sub corpibus celestib⁹. fm̄ intellectum vero sub angelis. fm̄ voluntatē aut̄ sub deo potest cōtingere q̄ homo spreta inspiratiōne dei ad bonū et illuminatiōne boni angelī ducatur affectōe corporali ad ea ad que influentia luminarium celi inclinant ut et sicut voluntas q̄ intellectus malicia et errorib⁹ inuoluantur. Non est aut̄ possibile hm̄ errorib⁹ quibus malefici irreuti sunt et influentijs luminarij celi inuolui licet ad fundendū sanguinē vel fulta aut latrocinia vel etiā incōtinentias pessimas p̄petrare possit quis ex illis inclinari sicut etiā ad alia quedā naturalia. Etiā vt Guil. in de vniuerso dicit. Ex q̄ experientiā habetur si me retric̄ nititur plantare oliuam non efficitur fructifera que tm̄ q̄ castam plantata fructifera

efficitur. Et aliquis etiam medicus in sanando. et agricola in plantando. et miles in expugnando aliqua ex impressione celestis corporis efficiunt que alij etiā eisdem artes habentes efficere nō possunt. Tercia via sumitur ex reprobatione fatalium effectū. ubi notandū q̄ fatū esse aliquid vno modo catholice asserritur. Alio modo asserrere est omnino hereticum. Si enī fatū estimetur esse fm̄ estimationem quorundā gentilium et etiā quorundam mathematicorū qui putabāt q̄ ex vi positionib⁹ siderū causaretur infallibiliter diversitas morum: ita q̄ talis efficeretur necessario maleficus vel virtuosus in morib⁹ quia tale eum esse causaret vis que in dispositōne siderum sub qua talis vel conceptus vel natus esset cōprobenderetur. Et istam vim vocauerunt noīe fatū. Sed quia ista opinio non tm̄ est falsa immo heretica et omnino detectanda ppter inconvenientia que necessario sequentur ut supra tactū est circa reprobationē pri mi erroris. q̄ videlicet tolleretur rō meritū et demeritū imo gratie et glorie et q̄ deus malorum nostrorū auctor esset et plura alia. Ideo fatū sic omnino refutatur q̄ nihil est. scđm quam acceptiōne etiā Grego. dicit in Omel. epiph. Absit a fideliū cordib⁹ ut fatū aliquid esse dicant. et licet hec opinio videatur eadem esse cum prima que est planetarioz. et hoc ppter eadem inconvenientia que utrobiquē cernuntur. tū sunt diuersae quantū inter se diversificantur vis siderum et influtus generalis septē planetarū. Si aut̄ estimetur fatū esse fm̄ quandā dispositionē sive ordinationem causarum secundā ad pducendū effectus diuinitus promisos. Hoc modo fatū vere est aliquid eo q̄ puidentia dei p causas mediās exequitur suos effectus. In illis videli et q̄ scđis causis subdūlcer in alijs non vt est creatio: animaruz glorificatio: et gracie collatio. Licet etiā angelī ad gracie infusionē cooperari possunt intellectū et voluntatis capacitatē illuminando et disponendo. et sic quedam ordinatio effectū vna et eadem dicunt puidentia et etiā fatū. Si enī consideratur vt est in deo sic dicitur puidentia. si aut̄ fm̄ q̄ est in causis /medij/ ordinatis a deo ad effectus aliquos pducendos sic habet rationem fatū. Et hoc modo Boetius loquens de fato. iij. de consol. dicit. Fatū est rebus mobilibus inherens dispositio p quā puidentia suis queq; necit ordinib⁹. Sed tamen sancti doctores hoc nomine vt recusauerunt propter eos qui illud ad vim positionis siderū retorquendant. Unde Aug⁹. v.

de ciui. dei dicit. Si propterea quisq; res hu-
manas facit tribuit. quia ipsam dei volunta-
tem vel potestatem factum vocat sententiam
teneat et linguam corrigat. Patet etiam ex p-
missis tacita responsio ad questionem. an om-
nia facta subdantur et an etiam maleficorum
opera illi subdantur. Quia si factum dicitur
ordinatio causarum secundaruz ad effectus
diuinitus pronos id est ubi deus disposu-
it per causas secundas producere effectus ta-
les. sic in qua; subduntur facta id est subdunt
causis secundis: sic a deo ordinatis ut sunt
influentie corporum celestium. Ea vero que
immediate a deo sunt ut est creatio reru. glo-
rificatio substantiarum spiritualium et alia
huiusmodi non subduntur. Et hoc est quod
dicit Boetius ubi supra q; ea que sunt pri-
me deitati propinquia fatalis ordinis mobi-
litatem excedunt. Unde maleficorum opera
quia non subsunt secundis causis cum talia
preter cursum communem et ordinem nature eue-
niunt. Ideo nec facta sed causis alijs quo ad
eoz originem necessario subduntur.

Onsequenter q; nec huiusmodi ma-
leficorum opera possint oriri aut cau-
sari a substantijs separatis que sunt
motores orbium seu corporibus celestium:
cuius opinionis fuit Aquicen. et sui sequaces
hac ratione moti. quia enim substantie ille se
parate altioris sunt virtutis animabus no-
stris et ab ipsa anima interdum cum fuerit
in sua imaginatione ad solam quandam appre-
hensionem interiorem circa aliquod extrin-
secum immutatur corpus proprium. inter-
dum etiam alienum seu extrinsecu. verbi gra-
tia. Aliquis ambulans supra trabem in alto
positam cadit de facili. quia imaginatur ca-
sum extimore. non autem cadret si esset trabes
illa posita super terram ubi casum timere non
posset. Item ad solam apprehensionem ani-
me incalescit corpus ut in concupiscentibus
vel iratis: aut etiam infrigidatur sicut in timen-
tibus. potest etia; immutari ad aliquam egr-
itudine; puta febrem vel lepram et forti ima-
ginatione et apprehensione ad tales egritudi-
nes. et sicut circa corpus proprium ita et cir-
ca alienum ut illud immutetur ad sanitatem
vel egritudinem. et hic ponit causam etiam
fascinacionis de qua superius tactum est. Et
quia secundum istam positionem effectus malefi-
carum haberent reduci ad motores orbium
licet non precise ad ipsa corpora celestia. Ideo
ultra illa que ibi tacta sunt Dicamus adhuc
et talia sic contingere est impossibile. quia cu;

16

motores orbium sunt substantie intellectua-
les et bone non tam fm naturam q; et fm vo-
luntatem quod patet ex earum operationibz
ad bonum totius vniuersi. Illa autem crea-
tura cuius ope magice operationes sunt: et
si sit bona fm naturaz non tamen potest esse
bona secundum voluntatem. Ideo non potest es-
se idem iudicium de ambabus substantijs. Et
q; non potest esse bona fm voluntatem pro-
batur. Nam prestare patrocinium aliquibz
in his que sunt contraria virtuti non est ali-
cuius intellectus bene dispositi: talia autem
sunt in huiusmodi operationibus malefico-
rum. sunt eni; ut in secunda parte operis pa-
tebit plurima homicidia. fornicationes. pue-
rorum et iumentorum occisiones et alia ma-
leficia procurantur. unde videntes his artibus
malefici a malefaciendo vocantur. non est ergo
bene disposita secundum virtutem talis intel-
lectualis natura cui auxilio huiusmodi ar-
tes maleficaruz innituntur: licet sit bona fm
naturam. quia habet esse et illud omnia ap-
petunt ut cuilibet intuenti patet. Item non est
intellectus bene dispositi familiarem esse sce-
leratis et eis patrocinij exhibere et non quis-
busdam virtuosis. Huius autem operibus
maleficoruz videntur homines scelerati quia
a fructibus eoru cognoscuntur. Auxilio au-
tem substantiarum orbes mouentium: in bo-
num quelibet creatura inclinatur a natura.
licet corrumpatur per accidens sepe. ergo il-
le substantie non possunt esse originalis cau-
sa maleficaruz. Preterea intellectus bene dispo-
siti est reducere homines in ea que sunt ho-
mini propria bona que quidez sunt bona ra-
tionis. abducere ergo ab istis et prahere ad
alia minima bona est intellectus indecenter
dispositi. Per huius autem artes non adipi-
scuntur homines aliquem profectum in bo-
nis rationis que sunt scientie et virtutes sed
in quibusdam minimis ut sunt deprehensi-
ones et exercitia latronum et mille nocumen-
torum. ergo origo non est a substantijs sepa-
ratis sed ab aliqua alia virtute non bene dis-
posita secundum virtutem. Preterea non est bene
dispositus fm intellectuz qui per aliqua sce-
lera commissa prouocatur ad auxiliu alicui fe-
rendum. Hoc autem fit in istis artibus ma-
leficorum. nam ut patebit in executione ha-
rum fidem abnegant innocentes pueros oc-
cidunt. Substantie enim separate que sunt or-
bium motores: propter suam bonitez non
bis maleficis auxiliu prestant. Concluden-
do q; huiusmodi artes sicut non possunt a cor-
poribus celestibus ita nec ab eoru motoribz

c ii

oriri. et cū necesse habent oriri ex aliqua virtute alicui creature collate. et illa etiā non potest esse bona scđm voluntatez. licet sit bona scđm naturā. et huiusmodi creature sint ipsi demones: relinquitur q̄ eoꝝ virtute huiusmodi fiant nisi fortassis adhuc obstat fruola estimatio q̄ ex hominū malicia concurren te super maleficoz verba cōminatoria z imágines repositas ad certū locū virtute quadā stellarū sequerentur. vt verbi gratia: quando maleficus diceret imágine aliquā reponendo. faciā te cecam aut claudā et hoc eueniret. Tunc ideo eueniret q̄ talis a sua natuitate ex virtute stellarū sortiretur pre ceteris hominibus talem virtutē. quoniamcungz alij talia verba proferrent et essent instruci per disciplinam ad proferendū. adhuc tñ efficaces in huiusmodi operibz esse non possent. Ad que singula respondendo declarabitur. Primo q̄ ex malicia hominū huiusmodi effectus causari non possunt. Secundo q̄ nec ex vocibz quoniamcungz hominū concurrente qua cungz constellatōe etiā ad quascungz imágines.

Et primo q̄ non ex malicia quantūcungz humana possint oriri homī maleficiorū opera sic declaratur. Nam malicia homī suē sit habitualis inquantū quis ex frequentatis actibus acquirit habituz inclinantē ad perpetrandū peccata nō ex ignorantia nec infirmitate. vnde censetur peccare ex malicia. Vel sit actualis malicia que dicit̄ ipsa mali electio que etiā ponit̄ peccatum in spiritū sanctū. nunq̄ potest circa ipsum malefici tantū efficere q̄ talia opera vt sunt immutationes elementoz z lesiones circa corpora indifferenter hominū et iumentoz absq̄ assistentia alicuius altioris virtutis proueni ant quod declaratur primo ex parte cause. secundo ex parte effectus maleficialis. Nam h̄ quod non potest homo efficere absq̄ malicia pinta per sua naturalia imminuta: minus potest per ipsa naturalia iam diminuta. Patet cū iam sit virtus actua etiā diminuta. Sed homo per peccata qualitercungz per malitiā cōmissa diminuitur in bonis naturalibus. p batur auctoritate et ratione. Nam Dio. iii. ca. de diu. no. dicit. Malū est defectus naturalis habitudinis. et loquitur de malo culpe. Unde et nemo noscens malū operatur il lud: quod si operatur ex defectu operā. Ratio sic. Sicut se habet bonū gratie ad malū nature ita se habet malū culpe ad bonū nature. sed per gratiā diminuitur malū nature vt fomes qui est inclinatio ad culpam. ergo per

culpam a fortiori diminuitur bonum nature. Hec obstat si dicatur de fascinatōe que interdū procuratur ex inuincione seu inspectione alicuius vetule maliciose puerum aspicientis vnde puer immutatur et fascinatur. quia sicut supra tacū est: hoc tantummodo contingere potest circa pueros propter temeritatem. Dic autē loquimur de corporum quoniamcungz hominū et iumentoz ac etiā elementoz ad grandies immutationes. Si quis velit latius intelligere: inspici et docere sanctuz in questionibus de malo. Utrū peccatum possit corrūpere totū bonū nature. rē. Ex parte deniq̄ effectū maleficiali um declaratur. Nam ex effectibus deuenit in cognitionē cause. Unde sicut illi effectus quo ad nos qui sunt preter ordinē nature create nobis note per virtutē creature nobis ignote. licet non sint proprie miracula sicut illa que sunt preter ordinē totius nature create qualia fm potestatē operatur ille qui est supra omnē ordinē totius nature create qui est deus benedictus: scđm quā acceptiōe dicitur. Tu es qui facis mirabilia magna solua. ita et maleficiales effectus dicuntur miraculosi inquantū sunt ab aliqua causa nobis ignota et preter ordinē nature create nobis note. Et quibus elicitor q̄ virtus corporalis homī ad huiusmodi opera causanda nō se extendere potest que semper hoc habet vt causa cum suo effectu naturali nota sit naturaliter absq̄ admiratione. et q̄ effectus maleficiales possunt aliquo modo dici miracula inquantū noticiā humana excedunt partē et se ipsis cum naturaliter non sunt. partē et per omnes doctores. presertim Augustinū. in li. lxxvij. q. vbi dicit. Q̄ magis artibus sunt miracula plerūq̄ similia illis miraculis que sunt per seruos dei. Et iterū in eodē dicit. Magi faciunt miracula per priuatōs contractus. boni christiani per signa publicē iusticiam. mali christiani per signa publicē iusticie que omnia sic declarantur. Nam iusticia divina est in toto vniuerso sicut lex publica in ciuitate. Virtus autē creature cuiuslibet in vniuerso se habet vt virtus alicuius priuate persone in ciuitate. Ideo boni christiani inquantū per diuinā iusticiā miracula faciunt dicuntur facere miracula per publicaz iusticiā. Agus autē quia operatur ex pacto initio cū demonē: dicitur operari per priuatū contractū quia operatur per demonē qui sua naturali virtute potest facere aliquid preter ordinē nature create nobis note q̄ virtutem creature nobis ignote. et erit miraculū.

quo ad nos sed non simpliciter. quia nō pos-
test operari preter ordinē totius nature crea-
te et p omnes virtutes creaturarū nobis igno-
tarum. **S**ic enī solus d̄c̄s dicitur facere mi-
racula. **J**uxta illud. Tu es d̄ns qui facis mi-
rabilia magna solus. **D**omi autē christiani
faciunt per signa publice iusticie. sicut inuo-
cando nomē ch̄risti vel exhibendo aliqua sa-
cramēta. si cui placet inspiciat sanctū Tho.
in prima parte. q. cxi. ar. iii. potest etiā atten-
dere ea que in secunda parte operis. c. vi. de-
ducetur inferius. **C**onsequenter q̄ nec p vo-
ces et verba cōcurrente virtute stellarū.

DEmum q̄ nec ex vocibus quorūcum
q̄ hominū cōcurrente quacunq̄ con-
stellatione super quascūq̄ imagines
Nam cum intellectus hois buis dispositi-
onis est q̄ eius cognitio ex rebus causatur cū
intelligentē necesse sit fantasmata speculari.
Non est eius conditio q̄ ex sua conceptione
seu intellectuali operatōne intrinseca rbi il-
lam solam per verba exprimeret res ab extra
habeat causare. aut q̄ conceptio intellectus
expressa per verba haberent corpora immuta-
re. **T**ales enī hois qui talen haberent virtu-
tem nō essent nobiscū rnius speciei: sed equi-
uoco dicerentur hois. **P**reterea. si dicatur
q̄ illa efficiunt per verba cōcurrente virtute
stellarū a natuitate vnde contingit q̄ pre-
teris hominib⁹ dum pferunt verba q̄ per illa
aliquid efficiunt cum ramen ali⁹ etiā pferen-
tes eadē non possent aliquā transmutationē
efficere: quia virtus stellarū a natuitate eis
non deferit. **P**ater ex precedentib⁹ illa esse
falsa et reprobatione trū error. planetario-
rum. genetaliacoꝝ. et fatalem ordinē ponen-
tium. **P**reterea cum verba exprimunt mentis
conceptū. et corpora celestia non possunt im-
primere intellectū nec etiā eoz motores nisi
per seabsq̄ motione corpora celestia intelle-
ctum vellent illuminare et hoc solūmodo fi-
eret ad opera bona. quia ad mala perpetran-
da nō illuminantur intellectus sed obumbra-
tur q̄ non est officiū bonorū spirituū sed ma-
lorum. **I**deo patet q̄ si verba eoz aliquid ef-
ficisci hoc nō est vigore alicuius corporis cele-
stis sed assistentia alicuius virtutis intellectū
ue que etiā et si sit bona scđm natura; non tñ
potest esse bona scđm voluntatē inquantum
semper ad malū machinatur. et talis erit de-
mon v̄ supra ostensum est. **E**t q̄ nec per ima-
gines possint talia efficere quasi corpora cele-
stia super ipas aliquid influerent quia hmoi
imagines quantūcumq̄ characterib⁹ et figu-

ris sunt insignite sunt effectus hominis ope-
ranti per artem. **C**elestia autē corpora effec-
tus causant naturales cuiusmodi non sunt
effectus maleficoꝝ qui dicuntur maleficia-
les. v̄pote in malū creaturaꝝ preter consue-
tum ordinē nature p̄sidentes: vnde nibil ad
ppositum. **P**reterea supra ostensum est etiā q̄
duplices sunt imagines. astrologice et magi-
ce. que etiā ad bonum aliquod p̄suadū obti-
nendum et non ad corruptionē ordinantur.
Maleficoꝝ autē imagines sunt omnino alteri
us cum semp ad documentū creaturaꝝ et ex
demonū iussu ad aliquē locum occulte repo-
nuntur v̄ desuper ambulantes aut dormi-
entes ledantur v̄ ipse malefice fatentur. vnde
et ab ipsis demonibus efficiunt quicquid
causant et non ex corpora celestia influentijs
Ad argumenta. **A**d primū dictum Augusti-
ni est intelligendū q̄ causa depravatōis ho-
minis redit ad hois voluntatē sicut ad cau-
sam effectuz perficiente. que p̄prie dicitur esse
causa. non sic autē est causa effectū p̄mittentez
vel disponentez vel conciliantez aut precipie-
tem quibus modis sc̄z conciliatiue. dispositi-
ue. et preceptiue diabolus dicitur causa pec-
cati et depravatōis. **D**eus autē solūmodo p̄-
missus qui mala permittit ppter bona. **J**uxta
Augustinū in enc̄. Diabolus autē disponit
interius suggestendo p̄suadit interius et exte-
rius acrius stimulando. **P**recepit autē his
qui ei totaliter se subdiderunt v̄ sunt malefi-
ci quibus non est opus interius instigari sed
tm exterius z̄c. **E**t per hoc etiā ad secunduz
q̄ quilibet est causa sue malicie directe intelli-
gendo. et ad probatōnes patet eadem respon-
sio. quia licet repugnat libero arbitrio moue-
ri per modū p̄cipientis: non autē per modum
disponentis. **A**d tertium. **D**otus ad virtutes
aut ad vicia dispositiue possunt causari ab in-
fluentijs corpora celestijs. et capitur motus
pro quadā naturali inclinatōne ad virtutes
humanas et vicia. opera autē maleficoꝝ q̄
excedunt cōmunem ordinē nature. ideo illis
influentijs subiacere non possunt. **A**d quar-
tum idem patet. quia sunt cause humanorū
actū corpora celestia. sed illa opera nō sunt
humanitatis adiumenti. **A**d quintū q̄ moto-
res orbium possint imprimere in animas si
intelligatur immediate sic imprimūt illumi-
nando ad bonum et non ad maleficia v̄ su-
pra tactū est. **S**i autem intelligatur mediate
tunc iuxta influentijs corpora celestia impri-
munt indirecte et dispositiue. **A**d sextuz. hoc
q̄ demones fm certa augmenta lune homi-
nes vexant. p̄tingit ppter duo. **P**rimo quidē

c iq

17

18

ad hoc ut infamem creaturam dei sc̄z lunam
ut Hicrō. et Crisostō. dicunt. Secundo qz
cum nō possint opari nisi mediantib⁹ natura
libus virtutib⁹ vt supra dictū est. Ideo con-
siderant corpor⁹ aptitudines ad effectus in-
ducendos et qz cerebrū est humidissimum oīm
ptium corporis ut Aristo. dicit et naturales
omnes. Ideo maxime subiicitur operatōi lu-
ne que ex sua p̄ficiate habet mouere humo-
res. In cerebro autē p̄ficiuntur vires aiales.
Et idem demones fīm certa augmenta lune
perturbant hoīs fantasiam quando p̄siderant
cerebrū ad hoc dispositū. Ad aliud qz demo-
nes aduocati in certis p̄stellatōib⁹ adueniunt
faciūt p̄pter duo. Primo vt hoīes in hunc er-
rorem inducant qz credunt aliquid numen esse
in stellis. Secundo qz p̄siderant fīm aliquas cō-
stellationes materiam corpalem magis esse
dispositā ad effectus pro quibus aduocant.
Ad tertium qz sicut dicit Aug⁹. xxvi. de ciui-
daci. Per varia genera lapiduz herbar⁹ ligno-
rum aīalium carminū et instrumentor⁹ mu-
sicozum demones alliciuntur nō vt anima-
lia cibis sed vt sp̄s signis inquantū sc̄z bec-
eis exhibentur in signum diuini honoris cu-
ius ipsi sunt cupidi. Tamen quia sepe obīci-
tur qz demones possunt impediri p̄ herbas
et armonias a vexatione hoīm vt in argumen-
to allegatur de saul p̄ armoniā citharis. Un-
de nituntur defendere qz aliqui possent effec-
tus maleficiales pducere qz certas herbas et
occultas causas absqz auxilio demonū tan-
tumodo et influentia corporū celestium que
plus possunt imprimere in hmōi res corpo-
rales ad effectus corpales quā in ipso demo-
nes ad pducendum hmōi effectus maleficia-
les. Ideo latius cum sit respondendū est ad-
uertendum qz herbe vel armonie nō possunt
sua naturali virtute totaliter excludere vexa-
tionem qua diabolus possit hoīem vexare si
sibi p̄mitteret a deo vel angelis bonis. pos-
sunt tñ illam vexationē mitigare et ita parua
possent esse vexatio illa qz possent eam penitus
excludere. sc̄z hoc facerent nō agendo in ipm
demonē cum sit sp̄s separatus in quē non po-
test naturaliter agere quodcunqz corpus. sed
agendo in ipm vexati a demone. Omnis enī
causa limitate virtutis pducere potest effec-
tum intensiore in materiam dispositā qz non
dispositam. cui et consonat illud ph̄ilosophi
ū. de anima. Actus actiuor⁹ sunt in paciente
predisposito. Demon autē est agens limitate
virtutis. ergo vexationē intensiorem facere
potest diabolus in hoīe disposito ad illā ve-
xationem sine ad illud ad qd̄ diabolus intē-

dit adducere quam in homine dispositionis
cōtrarie. Puta diabolus potest vexare inten-
sius passione melancolica hominē dispositū
ad illam quā hoīem contrarie dispositiozis
Ceterum est autem qz herbe et armonie mul-
tum possunt immutare dispositiozis corporis.
et ex p̄sequenti motu sensualitatis. hoc
patet de herbis cum quedam inclinant ad le-
ticiam quedaz ad tristiciā. et sic de alijs. Hoc
etiam patet de armonijs p̄ phm. viii. pollit.
vbi vult qz diuerse armonie habent puocare
diuersas passiones in homine. Hoc etiam re-
fert Boetius in musica sua. Et autor de or-
tu scientiarū vbi loquens de utilitate musicæ
dicit. qz valet ad curandum vel alleuianduz
diuersas infirmitates. Et ita patere potest qz
ceteris paribus sit vexatio debilior. Non au-
tem video quomodo herbe vel armonie pos-
sunt in homine dispositiozis aliquam causas
re ppter quam homo nullo modo posset a de-
mone vexari si tamen p̄mitteretur. quia dia-
bolus mouendo solum motu locali vapores
et ipsos spiritus inordinato motu possit ho-
minem multum vexare. Herbe autē vel ar-
monie nullam dispositiozis causare possent
in homine sua naturali virtute per quam p̄-
hibetur demon predictā cōmotionem facere
Contingit tamen quandoqz qz diabolo non
p̄mittitur hominem vexare nisi vexationē ita
parua qz p̄ aliquam fortem dispositiozis ad
contrarium tolleretur totaliter. et tunc aliue
herbe vel armonie possent corpus hominis
ita ad contrariū disponere qz illa vexatio to-
taliter ammoueretur. vbi gratia. Diabolus
quandoqz possit hoīem vexare vexationē tri-
sticie ita debiliter qz per alias herbas vel
armonias que haberent causare dilatationē
et diffusionē spirituum qui sunt motus cō-
trarij tristicie totaliter ammoueretur illa trist-
icie. Qz ait Aug⁹. li. ii. de doctri. christia. con-
demnat ligaturas et quedam alia de quibus
ibi diffusius scribit hoc attribuens arti ma-
gice. hoc est quantū ad illud qz non possunt
ex sua naturali virtute. quod pat̄. et hoc qz di-
cit sic. Ad hoc genus p̄tinere omnes ligatu-
re atqz remedia que medic⁹ condemnat di-
sciplina. In quo satis p̄. et qz illa cōdemnat
quantū ad vñl respetu cuius non habent
aliqā efficaciā ex sua naturali virtute. Quā
tum autē ad illud oī. qd. i. Regum. c. xvi. habe-
tur. Qz saul qui verabatur a demone alleui-
batur quando dauid cytharam p̄cutiebat co-
ram eo et qz sp̄s malus recedebat et. Sc̄i-
endum qz bene verum est qz per tactū cythare
virtute naturali illius armonie alleuiabatur

aliquantulum afflictio sausis inquantum il-
la armonia aliqualiter dulcorabat appetitus
eius per auditum; per quam dulcorationem
reddebat minus aptus ad illam vexatio-
nem. Sed q̄ spiritus malus recederet quan-
do danid cytharis ab hoc erat propter vim
crucis quod satis expesse dicitur in glo. vbi
sic dicit. Erat danid in canticis musicis eru-
ditus diversorum sonorū rationabilis mo-
deratus et cōcentus. Unitatem essentie signi-
ficat que varijs modis quotidie resonat. Da-
uid malignum spiritum in cythara compe-
scuit: non quia tanta esset vis in cythara sed
in signo crucis qui in ligno crucis et corda-
rum extensio id est venarū gereretur que
iam tunc demones effugebat.

Sequitur quo ad ipsas maleficas de-
monibus se subiicientibus. Et est sexta
quo ad questionē et secundum membrū.

Pro tercia et annixa difficultate q̄
ad ipsas maleficas demonibus se
subiicientibus plura super modū
agrediendi huiusmodi spurciti-
as possunt difficultari. Primo ex parte demo-
nis et corporis ab eo assumpti ex quo elemē-
to sit illud formatum. Secundo ex parte a-
ctus: an semper cum insinuione seminus ab al-
tero recepero. Tercio ex parte temporis et loci
an potius in uno tempore q̄ in altero exerce-
at. Quarto an visibiliter quo ad circumstan-
tes se agitat. Ex parte mulierum an tantum
modo ille que ex huiusmodi spurcitiis pro-
creantur a demonibus frequentantur. Se-
cundo an ille que ab obstetricibus tempore
partus demonibus offeruntur. Tercio an re-
missior sit in talibus ipsa venerea delectatio:
Ad que omnia ad presens cum nō sit respon-
dendum eo q̄ tantummodo generalitati stude-
mus. et in secunda parte operis illa singula p̄
corum opera explanantur ut patet in quar-
to capitulo vbi de singulis modis fiet men-
tio. ideo ad secundum principale tendamus.
Et primo cur in tam fragili sexu hoc genus
psudie inueniatur amplius q̄ in viris. Et erit
questio prima generalis quo ad conditōes
generales mulierum. Secunda specialis cu-
mimodi mulieres amplius inueniuntur su-
perficiōe et malefice. Tertia singularis quo
ad ipsas obsterices que oēs alias in malicia
excedunt.

Quo ad primum. cur in sexu tam fra-
gili mulierum maior multitudo ma-
leficarum reperiatur q̄ inter viros. et

quidem in contrarium argumenta deduce-
re nō expediat: cum ipsa experientia preter ver-
borum et fidei ignorum testimonia talia fa-
cit credibilitia. Dicamus sextum non despici-
endo in quo deus semper magna fecit fortia
ut confundet. q̄ diuersae a diuersis super hec
assignantur rationes. Semper tamen in prin-
cipali concordantes. unde et pro mulierum
ausilamento ipsa materia bene est predicabi-
lis affectans audire ut experientia sepe do-
cuit dummodo discrete proponatur. Nam ali-
qui doctores hanc rationem tradunt. Dicunt
enim tria esse in rerum natura. lingua. ecclē-
siasticus et femina. que medium in bonitate
aut malitia tenere nesciunt. s̄ vbi limites sue
conditionis excedunt. ibi quendam apicem
et supremum gradum in bonitate aut mali-
cia vendicant. In bonitate quidem quando
a bono reguntur spiritu unde et optima sunt.
In malitia vero quando a malo spiritu regū-
tur unde et pessima efficiunt. De lingua enī
pater cum eius ministerio plurima regna fi-
dei christiane sunt subiugata unde et aposto-
lis christi in igneis linguis spiritus sanctus
vulnus est. Pater et in alijs sapientibus predi-
catoribus quotidiani lingua canum vulnera et
ulcera languentis lazari lingentes. Iuxta il-
lud. Lingua canum tuorū ex inimicis ani-
mas cruentates. Unde et dux et pater predi-
catorum ordinis in figura cattuli latrantis
et accensam faculam in ore gestantis premon-
stratus est ut suo latratu vloq̄ in pretens ha-
beat lupos hereticos arcere a gregibus ouis-
um christi. Pater et ex quotidiana experien-
tia q̄ vnius viri prudentis lingua interdūz
infinitorum hominum strages prepeditur.
propter que non immerito in eius cōmen-
dationem Salomon puerb. decimo. plura ce-
cinit. In labijs sapientis inuenitur sapien-
tia. Et iterum. Argentum electum lingua iu-
sti: cor impiorum pro nibilo. Iterum Labia
iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti
sunt in cordis egestate morient. Quins cau-
sa ibidem. xvi. subditur. quia dominis est p̄-
parare animum et deum gubernare linguā.
De mala vero lingua inuenies Eccl. xxviii.
lingua tercia multos cōmouit et dispersit il-
los a gente in gentem. ciuitates munitas de-
struxit. et domos magnarū effodit. Et di-
citur lingua tercia eoz qui inter duas par-
tes contrarias incaute vel maculose loquit̄.
De secundo sc̄ ecclasiasticis intellige clericos
et religiosos in vitroq̄ sexu. Criso. sup illud.
Eicet vendētes et ementes de cōplo. Sicut

Cum plures fore rupimus p[er]fusus quo non

omne bonum a sacerdotio ita omne malum
ab eo egreditur. *Piero* in ep[istola] ad *P[ro]p[ter]eocia*
num. *Negociatorē* clericū et inope diuitem
ex ignobili gloriōsum quādā pestem
fuge. *Et beatus Bernardus Omel.* tr[ad]it. su[per]
Lant. loquēs de clericis dicit. *Si insur-*
geret apertus hereticus mitteret foras et are-
sceret, si violentius inimicus abscondent se
forsitan ab eo boni. *Hic vero quomodo abi-*
cient aut quo abscondent se. *Omnes ami-*
ci et tamen omnes inimici omnes domesti-
ci et nulli pacifici omnes proximi et omnes
que sua sunt querunt. *Et alibi nostri prelati*
facti sunt pilati. nostri pastores facti sunt to-
sores. *Et loquitur etiā de prelatis religioso-*
rum qui onera grauiā inferiorib[us] imponunt
digito aut suo minimo nō tangenter. *Et gre-*
go. in pasto. dicit. *Nemo amplius in eccl[esi]a*
nocet q[uod] qui puer se agens nomen vel ordinē
sanctitatis habet: delinquentē nanq[ue] hunc re
darguere nullus presumit. et in exemplū cul-
pa vehementer extenditur q[uod] pro reuerentia
ordinis peccator honorat. *De religiosis etiā*
*dicit beatus Aug[ustinus] ad *Vincentium* donatistā.*
Simpli citer fateor charitati vestre corā do-
mino deo nostro qui testis est super animam
meā ex quo deo seruire cepi quoniam; difficile
sum expertus peiores sicut et nō meliores q[uod]
qui in monasteriis defecerunt aut p[ro]ficerunt.
De mulierum vero malitia disseritur. Eccl[esi]a.
xxv. *Non est caput nequius sup caput colu-*
bri. et nō est ira super iram mulieris. *Cōmorari*
leoni et draconi pl[ac]ebit q[uod] habitare
cū muliere neq[ue]. *Et inter plura que sequunt et*
p[ro]cedunt ibidem de muliere nequam excludit
Brevis est omnis malicia sup maliciā mulie-
ris. *Hinc Crisosto. sup *Matth.* xix.* *Nō ex-*
pedit nubere. *Quid aliud est mulier nisi ami-*
cicis inimica. ineffugabilis pena. necessaria in
malū. naturalis tentatio. desiderabilis cala-
mitas. domesticū piculum. delectabile detri-
mentum. malū nature bono colore depicta;
ergo si dimittere illam peccatum est cum opor-
ret tenere iam vere tormentū necessarium est:
ut aut dimittentes adulteria faciamus aut q[ua]-
tidianas pugnas habeamus. *Tullius deni-*
q[uod] i. rhetorice dicit. *Viros ad vnuquodq[ue]*
maleficium singule id est plures cupiditates
impellunt. mulieres ad oīa maleficia cupiditas
vna ducit. muliebriū enī vicioz oīm funda-
*mentū ē canaricia. et *Sene.* in suis tragediis*
Aut amat aut odit mulier nihil terciū dedis-
se est: fere feminā est mendaciū. Duo genera
lachrymar[um] habentur in oculis feminar[um]. ve-
ri doloris vnum. insidiarū aliud. mulier cū

sola cogitat mala cogitat. De bonis autē mu-

licibus tanta laus est ut etiā beatificasse vi-

ros legantur et saluasse gentes terras et vrbes

Patet de Judith Delbora et Hester. *Hinc*
aplus. i. Corinθ. vii. *Siqua mulier habet*
virum et hic consentit habitare cum illa non
dimittat virum: sanctificatus est enim vir infi-
delis per mulierē fidem. *Ideo Eccl[esi]a. xvi.*
dicit. *Mulieris bone beatus vir numerus*
enī annoz duplex. *Multa ibi narrat londa-*
bilissima p[er] totum pene capitulū de excellen-
tia bonorum. *Et puerb[us]. vlti.* *Ve mulieris for-*
ti. que omnia etiā in novo testamento in femi-
nis claruerunt ut in virginibus et alijs san-
ctis feis que pfidas gentes et regna ab ido-
latrice cultu ad christianā religionē deducere
runt. *Si quis inspicere velit *Vinc.* in spe-*
histo. li. xvi. c. ix. de regno vngarie per gil-
lam christianissimā. *Et de regno francorum*
per lothlidiē virginē et clodoueo desponsata
inspiciat et mira inueniet. *Unde quecūq[ue] vi-*
tuperatoes legunt in p[er]cupiscentiā carnis in
terptari p[er]t ut sp[iritu] mulier p[er] carnis p[er]cupisen-
tia intelligatur. *Juxta illud. Inueni amari-*
orem morte mulierē et bona mulier subiecta
carnis p[er]cupiscentia. *Sunt et alijs alias rōes*
assignates cur in maiore multitudine regian-
tur feminine superstitione q[uod] viri. et dicunt esse
tres causas. *Prima est. q[uod] prōne sunt creden-*
dum. et q[uod] principaliter demon querit corū
pere fidem. ideo potius casus aggredit. *Vñ et*
Eccl[esi]a. xix. *Qui cito credit levius est corde et mi-*
norabitur. *Scđa causa est q[uod] a natura p[ro]pter*
flu[er]abilitatē p[er]plexionis facilioris sunt imp[er]i-
sionis ad reuelationes capiendas p[er] imp[er]issiones
separatoz spirituū qua p[er]plexione etiā cū bene
rtuntur multū bone sunt: cum male peiores
sunt. *Tercia causa q[uod] lubricā habent lingua;*
et ea que mala arte scūt eis p[ar]ibus feminis
vix celare possunt. seq[ue]nt occulite cū vires non
habeant p[er] maleficia vindicare querunt faciliter. *Vñ Eccl[esi]a. xxv. vt supra.* *Cōmorari leoni*
et draconi plus placabit q[uod] habitare cū multe
nequā. brevis est omnis malicia sup maliciā
mulieris. *Item potest et addi illa cum flui-*
biles sunt ideo citius pueros demonib[us] of-
ferre possunt sicut et faciunt. *Sunt et terciij*
alias rōnes assignantes quas predicatores
caute debent p[ro]ponere et dicere. q[uod] licet in vete-
ri testamento scripture vt plurimū mala lo-
quantur de mulieribus et hoc p[ro]pter primam
preuaricatrīcē mulierē scilicet euam et imita-
trices eius tamen ex post in novo testamen-
to propter mutationē nominis vt enī in aue
*Et vt ait Hieronymus. *Zotū* quod intulit*

Dimitroy
marian

W5

malii maledictio eue: totum abstulit benedictio marie. Unde plurima et semper laudabilia sunt de ipsis predicanda. Sed qz adhuc modernis tribus hec p[ro]fida amplius in mulieribus qz in viris inuenitur ut ipsa experientia docet. curiosius causam inuestigando ultra premissa dicere possumus qz in omnibus viribus tam anime qz corporis cū sint defecuose non mirū si plura maleficia in eos qz emulantur fieri procurant. quantū enī ad intellectum seu ad intelligendū spiritualia alterius videntur esse specie a viris cū auctoritas et ratio cum varijs scripture exemplis alludit. Therentius ait. Mulieres ferme ut pueri leui sententia sunt. Et Lactantius. iij. institutionū. Nunqz aliquā mulierē philosophiam sciuise nisi temestes. Et proverb. xi. quasi describens mulierē dicit. Est circulus aureus in narib[us] suis: mulier pulca et tua. Ratio naturalis est. quia plus carnalis viro existit ut pater in multis carnalib[us] spuriis. qui etiā defectus notantur in formatione prime mulieris cum de costa curua formata fuit id est de costa pectoris que est torta et quasi pectora viro. Ex quo defectu etiā procedit qz cum sit animal imperfectū semper decipit. Propter quod semper decipit Latbo instructi: insidias lachrymis r[er]e et illud. Dux femina plorat: viruz decipere laborat. Patet in voro Sampsonis que multū infestans eum ad declarandū sibi problema p[ro]positu[m] sodalibus ab eo expositu[m] eis reuclavit et sic decepit. Patet et in prima muliere qz ex natura minorē habent fidē cum dicit serpenti interroganti. quare non ederent de omni ligno paradisi. respondit. de omni r[er]e. ne forte mori amur in quo ostendit se dubitare et nō fidem habere ad verba dei que omnia etiā ethimologia nois demonstrat. Dicitur enī femina fe. et minus. quia semper minorē haberet et seruat fidem et hoc ex natura quo ad fidelitatem. licet ex gratia sumul et natura fides in beatissima virginē nunqz defeccerat cum tamen in omnibus viris defecisset tempore passionis christi. Dala ergo mulier ex natura cū citius in se de dubitate etiā citius fidem abnegat quod est fundamentū in maleficio. Quantum deniqz ad aliam potentiam anime scilicet voluntatez. et natura cum odit aliquem quem prius amavit tunc estuat per iram et impatientiam. et sic est maris estus semper bulit et currat: sic talis est tota impatiens. Alludit huic rationi auctoritas diversa Eccl. xxv. Non est ira super iram mulieris. Et Gen. traged. viij. Nulla vis flamine tumidiqz venti tanta nec teli

19

metnenda torti quanta cum coniunt viduata tedis ardet et odit. patet in muliere que facta accusauit ioseph et incarcerare fecit qz nolit sibi in scelus consentire adulterij. Genef. xxx. Et reuera potissima causa deseruens in augmentū maleficaz est dolorosum duelluz inter maritatos et non maritatas feminas et viros. immo et inter ipsas feminas etiā sanctas: quid tunc de ceteris. Vides enī in Genes. quanta fuit impatientia et inuidia sare ad agar postqz concepit. Genef. xxi. Quanta Rachel ad Lam propter filios quos nō habebat Rachel Genef. xxx. Quanta anne ad senennam secundā ipsa sterili existente. i. Regum. i. Quanta marie ad Noisen. Almeri. xij. Unde murmurauit et detracit moysi. ppter quod et lepra percussa. Quanta marthe ad magdalenā ipsa sedente et martha ministrante. Luce. x. Unde et eccl. xxvij. Traeta cum muliere de his que emulatur. quasi dicat. non est tractandū cum ea quia semper emulatio id est inuidia est in mala muliere. Et que inter se sic agitantur quanto magis aduersus viros. Quare etiā ut narrat Valerius. Foroncus rex grecop[er] die qua mortua est dixit Leoncio fratri suo. ad summā felicitate nihil mihi decesset si mibi semper uxor defuisse. Lui leoncius. Et quomodo uxor obstat felicitati. Eccl. Hariti hoc oēs sciunt. Et Socrates phus interrogatus si ducenda esset uxor. Respondit. Si non capies solitudo arbitrans excipiet. hic generis interius hic heres alienus. Sed si ceperis illuc perpetua sollicitudo: conquestus querularū: dotis expobratio affiniū graue supercilium: garrula socrus lingua. successor alieni matrimoniū incertus liberorum euentus: hec dicit ut expertus. Nam ut ait Hieronymus contra Iouinianuz. Hic socrates duas habuit uxores quas ingenti patientia sustinens nō potuit tñ ab earū cōtumelij clamozi et vice superationib[us] liberari. Unde quadā die ip[s]is querulantib[us] contra eum et ipse domū egredens ut earū molestias evitaret et ante domuz sederet. piecerunt ille mulieres super eū aquā immundaz super quo ipse non perturbatus quia phus ait. Sciebā qz post tonitrua pluvie sequerentur. Et de quodā legitur cuius uxor submersa erat in fluvio qz cū quereret cadauer ei ad educendū de aq ibat p[er] fluuum otra aquā: et interrogatus causam cū res graves descendant infra et nō supra: quare quereret contra aquā. Respondit. Mulier ista in vita semper fuit contraria dictis et factis siue mandatis meis. ideo quero contrario mo

do si forte etiam mortua contraria volun-
tatem ultra consuetum tenuisset. **E**t quidem
sicut ex primo defectu intelligentie abneg-
ationem fidei facilis viris incurrit. Ita ex
secundo scz inordinatis affectibz et passioni
bus varias vindictas querunt excoigitant et
infideli sue p maleficia sue alijs quibuscū
qz medij. **U**nde nō mirū tantā multitudinē
maleficaz in hoc genere existere. **Q**uantū in
sug defectū in memorativa potentia cū hoc
sit in eis ex natura riciū nolle regi sed suos se
qui impetus sine quacūqz pietate ad hoc stu-
det et cuncta memorata disponit. **U**nū theo-
phrastus. **S**i totam domū ei p misericordia serui-
endū: et si aliquid tu o arbitrio reseruaueris
etiam minimū vel magnū fidem sibi adhiberi
nō putabis et iurgia conciter ei nisi cito cōsu-
leris parat venena auruspices et ariolos cōsu-
lit. ecce maleficia. **S**z quale sit dominū mu-
lierū audi **T**ulliū in paradoxā. **N**ūquid il-
le liber est cui mulier impat leges imponit p-
scribit iubet veſat quod ei videtur nec ille im-
peranti aliqd negare p vel audet. **E**go istuz
non modo seruū sed nequissimū seruoz ap-
pellandum puto licet amplissima familiā na-
tus sit. **U**nū et **S**eneca in psōna furiose me-
dei. quid amodo cessas sequere felicē impetū
pars ista vltionis qua gaudes quota est z̄.
vbi multa ponit ostendens q mulier nō vult
regi sed suo impetu pcedere etiā in damnum
suum sicut de multis legitur mulieribz que vel
ob amorē vel dolorē qz vindictas facere nō
potuerūt: seiphas occiderūt sicut et de laodice
narrat **H**ieronim⁹ sup danielē. que existens
v̄oz regis Anntiochi regis syrie. zelans ne
plus amaret beronicem quam etiam habebat
v̄oz regis beronicem et filiū eius ex dicto anti-
ocho prius fecit occidi et post se ipam vene-
no occidit. **U**nde qz nō vult regi et suo im-
petu pcedere. **I**deo **C**risosto. non immerito
dicit. **O** malū omni malo p̄cius mulier ma-
la sive illa paup̄ sit sive diues. **S**i enī v̄oz
diuitis sit nō cessat nocte et die virū calidum
stimulare sermonibz blanda nequiter et im-
portuna violenter. **S**i vero pauperē virum
habet ipm quoqz ad iracundia et rixas inci-
tare non desinit. **E**t si vidua sit ipa p semet
ipam omnes despicit passim et ad omnē au-
daciam spū supbie inflamat. **Q**ueramus
inuenimus a fere oīa mundi regna ppter mulie-
res fuisse eversa. **P**rimū enī q fuit regnū fe-
lix scz **T**roye ppter raptum vnius semine scz
helene destructū est multis milibz grecor⁹ oc-
cis⁹. Regnum indeo multa mala et extre-
minia habuit ppter pessimam reginā izabel

et filiam eius Athaliam reginam in regno
iudee que occidi fecerat filios filij ut eo mor-
tuo ipsa regnaret sed vtracqz occisa. **R**egnum
romanoz multa mala sustinuit ppter **L**eop-
patram reginam egypti pessimaz mulierem.
Et sic de alijs. **U**nde et non mirū si mun-
dus iam patitur ob malitiam mulierū. **D**e-
mum inspicio corporis ipsius carnalia
desideria. **U**nde innumera nocumenta vite
humane contingunt ut merito cum carbone
viticē dicere possim⁹. **S**i absqz femina pos-
sit esse mundus conuersatio nostra non esset
absqz dijs cum reuera si mulierum nō essent
nequicie etiam tacendo de maleficiis adhuc
ab innumeris periculis mundus remaneret
exornatus. **V**alerius ad **R**ufinum. **C**hime-
ram mulierē esse nescis sed scire debes q mō-
strum illud triforme insigni venustetur facie
leonis olenis maculetur ventre capre viru-
lente cauda vippere armetur. vult dicere. **Q**e
est aspectus eius pulcer. tactus fetidus. con-
uersatio mortifera. **A**udiamus et aliam pro-
prietatem per vocem. **N**am sicut est mendax
in natura sic et in loquela. **N**am pungit et ta-
men delectat. vnde et earum vox cantui syre
narum assimilatur que dulci melodia transe-
untes attrahunt et tandem occidunt. **O**cci-
dunt quidem quia et marsupia cuacuant. vi-
res auferunt. et deum perdere cogunt. **I**terū
Valerius ad **R**ufinum. **H**ec loquens placet
delectatio et pungit delictū. **A**los veneris rosa
est. qz sub ei purpura multi latitant aculei.
Proverb. v. **N**itidius oleo guttur eius id ē
locutio nouissima ei amara quasi absinthe-
um. **A**udiamus et aliam in eius incessu sta-
tu et habitu ibi est vanitas vanitatum. **N**on
est homo in mundo qui tantum studet place-
re deo benigno quantū mulier etiam medio-
cris suis vanitatibus studet hominibz place-
re. De quo exemplū in vita pelagie quando
dedita mundo discurrebat per anthiochiam
ornata nimis: quam sanctus pater nomius
nomine videns flere cepit et dixit socijs q to-
to tempore vite sue tantam diligentiam nunqz
adhibuerat deo placere z̄. que demum orati-
onibus eius conuersa est. **H**ec est de qua **E**c-
cle. vii. et de qua iam ecclesia lamentatur pro-
pter ingentem multitudinem maleficarum.
Inueni amariorem morte mulierem que la-
queus est venatorum sagena cor eius. vincu-
la sunt manus eius: qui placet deo fugiet il-
lam. qui autem peccator est capietur ab ea.
Amarior est morte id est diabolo. **A**po. vi.
Nomē illi mors. **N**am licet diabolus indu-
xit euam ad peccandū: enī tū seduxit adam.

¶ Et sicut peccatum eue non induxit nobis mortem anime et corporis nisi subsecuta fuisset culpa in adam ad quam induxit eua et non diabolus. ideo amarior morte. Iterum amarior morte. quia hec naturalis et interimit eum corpus sed peccatum a muliere iuchoatum occidit animam priuando gratia et corpus similiter in penam peccati. Iterum amarior morte quia mors corporalis est inimicus manifestus et terribilis. sed mulier inimicus blandus et occultus. ideo amarior et periculosis laqueus iam non dicitur venatorum sed demonum. quia iam capiuntur hostes non solum per carnalia desideria eas videndo audiendo cum earum facies sic ventus vrens et vox serpentis sybulus. Iuxta Bernardum. Verum etiam innumeros maleficiendo homines et iumenta. Sagena dicitur cor eius id est inscrutabilis malicia que in cordibus eorum regnat. Et manus sunt vincula ad detinendum viam manum ad maleficendum creaturam alponant tunc diabolo cooperante hoc efficiunt quod peccantur. Concludamus. Omnia per carnale concupiscentia. que quia in eis est insatiable pueri. penitus. Tria sunt infastabilita et quartum quod nunquam dicit sufficiens vultus. Unde et cum demonibus causa explende libidinis se agitat. Plura hic deduci possent. sed intelligentibus satis appareat non mirum quod plures reperiuntur infecti heresi maleficio. mulieres quam viri. Unde et consequenter heresis dicenda est non maleficio. sed maleficarum ut a posteriori fiat denominatio. Et benedictus altissimus qui virilem speciem a tanto flagitio usque in presentis sic preseruat in quo utique cum per nos nasci et pati voluit: ideo et ipsum priuilegianuit.

¶ Quiusmodi mulieres amplius inueniuntur superstitione et malefice.

*Q*uo ad secundum cuiusmodi mulieres pre ceteris inueniuntur superstitione et maleficiis infecte. Dicendum ut ex precedenti questione patuit. quia tria generalia vicia. scilicet infidelitas. ambitione. et luxuria precipue in malis mulieribus regnare videntur. Ideo ille pre ceteris maleficiis intendunt quod pre ceteris illis viciis dedice sunt. Iterum quia inter illa tria ultimum amplius predominat. ideo quia insatiable est. ideo et ille inter ambiosas amplius infecte sunt que per explicationis suis prauis concupiscentias amplius inardescunt ut sunt adultere fornicarie et magna rationum concubine. et hoc ex septemplici ma-

leficio ut in bulla tangitur: venereum actum et concepus in utero varijs inficiendo maleficiis. Primo mentes hominum ad inordinatum amorem recte immutando. Secundo vim generatiuam impediendo. Tercio membra illi actui accommoda auferendo. Quarto homines prestigiosa arte in bestiales formas mutando. Quinto vim generatiuam quo ad femellas destruendo. Sexto aborsum procurando. Septimo infantes demonibus offrendo absq; alijs animalibus et terre frugibus quibus varia nocuenta inferunt. de quibus in sequentib; tractabitur. sed ad presens de nocumentis hominum demus rationes. Et primo conclusio super eos quos maleficunt ad amorem vel odium inordinatum et post eadem materia pro maiori intelligentia sub difficultate est discutienda. conclusio autem hec est. Nam sanctus Tho. in. iiiij. di. xxvij. de impedimento maleficiali practicans sicut ostendit quare permittitur diabolo a deo maior potestas maleficij super actus venereos homines quam sup alios: rones assignando. Ita dicere a simili oportet quod he mulieres amplius infestantur que his actibus amplius deseruntur. Dicit enim quod quia corruptio peccati prima per quam homo factus est scribus disaboli in nos per actum generantem deuenit. Ideo maleficij potestas permittitur diabolo a deo in hoc actu magis quam in alijs sicut etiam in serpentibus magis ostenditur virus maleficiorum ut dicitur quam in alijs animalibus. quia per serpentem diabolus tangit per suum instrumentum mulierem tentauit. Unde etiam ut postea subdit. licet matrimonium sit opus dei tangit ab eo institutum. ad huc per opera diaboli interdum destruitur. Non quidem per violentiam quia censeretur sic fortior deo. Sed ex divina permissione per curando impedimenti actus coniugalis vel temporale vel perpetuum. ex quibus hoc quod experientia docet: dicamus quod propter huius modi spurcitas explendas tam erga se quam et seculi potentes cuiuscunq; etiam status et conditionis innumera maleficia pertractant eorum animos ad amorem hereum vel philocaptionem adeo immutando ut nulla confusione aut persuasione ab eis desistere valeant. Ex quibus etiam et exterminium fidei seu periculorum intolerabile quotidie imminet quod eorum animos immutare taliter sciunt quod eis nullum nocumentum siue per se siue ab alijs fieri permittant sicq; quotidie crescunt. Et utinam experientia nos minime edocuit: immo et odia talia etiam in sacramentis

matrimonij coniunctis suscitata p maleficia et similiter infigidatones generative potentiæ. ut nec redditione nec exactione debiti matrimonialis locum p prole habere valeant. Sed quia amor et odium in anima existunt quâ etiâ demon intrare nequit: ne alicui hec quasi incredibilia videantur sub questione sunt discutienda cù etiâ opposita iuxta se posita magis elucescunt.

Questio: an malefice mentes hominum ad amorem vel odiū immutare? Et est septima in ordine.

Queritur an demones p ipas maleficas mentes hominum ad amorem vel odiū inordinatum immutare et incitare valeant: Et arguitur q non pmissa. Tria sunt in homine voluntas. intellectus et corpus. Primum deus sicut habet p sergere. qz cor regis in manu domini. ita secundum p angelum illustrare et ipsum corpus p influere celestium corporum dirigere. Preterea intra corpora demones non possunt esse illa immutando. ergo minus infra animam eius potentissimum odium vel amorem immittendo. Pater pna. qz ex natura maiorē habent potestate supra corporalia qz supra spiritualia. et quidē q non possunt immutare supra patitur in plerisque locis quia nullam formam substantialē vel accidentalem inducere possunt nisi aminiculo alicuius alterius agentis. sicut etiā quilibet alius affect. est etiā ad idem. c. xxvi. q. v. epi. in fi. Qui credit aliquā creaturā posse transmutari in melius vel in deteriorius nisi ab ipso omni creatore infidelis et pagano deterius est. Preterea. omne agens ex ipso cognoscit suū effectū. Si igitur diabolus posset mentes hominum immutare ad odiū vel amorem: posset internas cogitationes anime videre q est contra illud qd in li. de ecclesiasticis dogmatibus dicit. Diabolus internas cogitationes non p videre. Et iterum ibidem. Non omnes cogitationes nostrae male a diabolo excitantur. sed aliquoties ex nostri arbitrij motu emergunt. Preterea. amor et odium sunt circa voluntate que radicatur in anima. ergo non possunt causari a diabolo quacunqz arte. tenet psequentia. qz illabi anime. ut dicit Augustinus. illi soli est possibile qui eam creauit. Preterea. si dicatur q potest mouere sensitivas interiores et sic consequenter voluntate non valet. quia vis sensitiva est dignior qz vis nutritiva. Sed diabolus non potest formare actū virtutis nutritive ut formet carnem aut os. ergo etiā non p

causare aliquē actum interiorū virium anime. Sed contra. Diabolus non solū visibiliter sed etiā inuisibiliter homines tentare dicitur hoc aut falsum esset nisi interius circa animam et eius potentias aliquid causare posset. Preterea. Damascus. in suis sententijs. Dis malicia et omnis immundicia a diabolo excogitata sunt. Et Dio. iiii. c. de di. no. multitudine demonum causa omni malorum et sibi et alijs est. Responsio. Hic primo danda est distinctio de causa. et secundo qualiter p interiores potentias anime immutare que dicuntur sensitiae interiores. et sic tertio excludetur ppositus. Quo ad primū considerandum est q causa alicuius p aliquid dici duplice. Uno modo directe. Alio modo indirecte. Indirecte quidē sicut cum aliquod agens causat aliquā dispositionem ad aliquē effectū dicitur esse occasioniliter et indirecte causa illius effectus. sicut si dicatur q ille qui fecerat ligna est occasio combustionis ipsorum. et hoc modo dicerere possumus q diabolus est causa omni peccatorum nostrorum. q ipse instigavit primum hominem ad peccandum ex cuius peccato consecuta est in toto genere humano quedā pronitas ad omnia peccata. et sic intelligenda sunt verba Dam. et Dio. Directe autē dicitur aliquid esse causa alicuius inquantum opatur directe ad illud: et hoc modo diabolus non est causa omnis peccati. Non enim omnia peccata committuntur diabolo instigante sed quedam ex libertate arbitrii et carnis corruptione. Quia ut Origenes dicit. Etiā si diabolus non esset homines haberent appetitū cibi et venerorum et hominum. circa quae inordinatus multe contingunt nisi p rationem talis appetitus refrenetur. et maxime propensa corruptione nature. Refrenare autē et ordinare hominum appetitus subiacet lib. ar. sup quem etiā diabolus minus habet potestatem. Sed quia p banc distinctionē non possuntus dissernere qualiter interduo amor hereticorum seu philius captio percurari p. Est ultius aduentus q diabolus licet non possit esse causa illius in ordinatus amoris directe cogendo homines voluntatem potest tñ esse p modum persuadentis. Et hoc iterum duplice. scz visibiliter et inuisibiliter. Visibiliter sicut cum in aliqua specie hominis sensibiliter apparet etiā ipsi maleficis et eis sensibiliter loquitur et persuaderet peccatum sicut tentauit primos parentes in paradyso in specie serpentis: ch. istum in deserto in aliqua specie visibiliter ei apparet. Et quia non est putandum q solū sic persuadeat hominem. qz sequeretur q nulla alia peccata fieret ex instruzione diaboli nisi que diabolus visibiliter

apparens persuaderet. Ideo dicendū est q̄ etiā inuisibiliter instigat hominem ad peccandū. qd̄ quidē hec dupliciter. p̄ modū p̄suasionis et p̄ modū dispositiōis. Sc̄r̄ modū p̄suasionis si-
cū p̄ponit aliquid virtuti cognitivae ut bo-
nū. et h̄ p̄ hieri tripliciter. qr̄ vel p̄ponit q̄ntū
ad intellectū vel quantū ad sensū interiorē.
vel quantū ad sensum exteriorē. Quantū ad
intellectū quidē. qr̄ intellectus humānus p̄ ad
iuuari ab angelico intellectu bono vel aliquid
cognoscendū p̄ modū illuminatiōis cīnīsdā
ut Dio. dīc. Rō qr̄ sicut intelligere fm̄ p̄m̄
est quoddā pati. Ideo p̄ imprimere in intel-
lectu aliquā specie; vñ actus intelligendi eli-
citur. Et si dicāt q̄ etiā diabolus hoc facere
possi; sua p̄tente naturali q̄ nō est diminuta. vt
p̄tē ex p̄cedentib⁹. Dicendū q̄ nō p̄t p̄ modū
illuminatiōis s̄z p̄ modū p̄suasiōis. Rō. qr̄ in-
tellectus hominis est istius p̄ditōis; q̄ quāto ma-
gis illuminatō magis cognoscit verū: et
quāto magis cognoscit verū tāto magis p̄t si-
bi cauere a deceptōe. Et q̄ hāc deceptōe dia-
bolus finaliter intēdit. ideo quecūq̄ ei p̄su-
atio nō p̄t dici illuminatiō licet possit dici reuelatiō
in q̄ntū p̄ imp̄ssione quandā in vires sensi-
tuas interiores aut exteriores vbi visibiliter
persuaderet aliquid imp̄m̄eret. vñ intellectualis
cognitio persuaderet ad aliquā actū exercendū
qd̄ q̄liter fieri p̄ videlicet vt in vires interiores
aliquid imp̄m̄ere possit. Aduertendū est q̄
qr̄ corporalis natura nata est naturaliter moueri
localiter a spūali. Pat̄ h̄ in corpib⁹ n̄ris que
ab aliis mouent s̄lī in corpib⁹ celestib⁹. Nō
est aut̄ apta nata formari ab ea immediate. et lo-
quimur p̄cipue de formis a foris manendo
nō ab informādo vñ oportet q̄ occurat aliquod
corpore agēs. vt phās in. vñ. meth. Materia
corporalis naturaliter obedit bono vel malo an-
gelo ad motū locale q̄ stāte qr̄ demones sic p̄
motū locale semina colligere p̄nit et p̄iungere
sen adhūbere aliquō effectib⁹ mirabilit̄ facien-
dis vt de magis pharaonis p̄tit vbi p̄du-
ceret serpētes et vera aīalia vbi debita actiua
debitis passiuis p̄iungebat. Ideo q̄cūq̄ ex
motu locali materie corporali accidere p̄nit ni-
bil p̄hibet qr̄ demones fieri nisi diuinis? im-
pediant. Quo iterū stāte si volum̄ intellige-
re quo p̄t fantasiam hominis et interiores potētias
sensituas incitare ad apparitiōes et impetuoso-
los actus p̄ motū locale. Notandum q̄ sicut
phās in li. de som. et vigil. assignat causam ap-
paritiōis somniōis p̄ motū locale et eo q̄ cū
ai al dormit descendente plurimo sanguine
ad principiū sensituū s̄lī descendunt motus
sue imp̄ssiones relicte ex sensibiliū motōib⁹

pteritis et que p̄seruate fuerūt in spiritib⁹ sine
virtutib⁹ sensibiliū interiorib⁹ q̄ sunt fantas-
ia seu imaginatio q̄ idē sunt fm̄ sanctū tho.
vt patebit. Est enī fantasiam seu imaginatiō q̄
si thesaurus quidā formaz p̄ sensum accepta-
rum. Unī p̄tingit q̄ ita mouet principiū ap-
prehensiōi. i. potentia p̄seruatoria speciez q̄
apparēt in fantasias ita recenter ac si tūc prin-
cipiū sensitū a rebus ip̄is exteriorib⁹ recenter
immutaret. Utru est q̄ nō oēs hec intelligūt:
s̄z si quis se occupare vellet p̄siderare haberet
numerū et officiū sensū interiorū. q̄ fm̄ Aqui-
cēi. in li. de aīa licet dicat esse quinq̄. sc̄z sens-
sum p̄mūnē: fantasiam: imaginatiā: et r̄timati-
uam: memoriam. Unī fm̄ beatū Tho. in prima
p̄te. q̄ lxxix. dicit esse quattuor tm̄ co q̄ potē-
tiam imaginatiā et fantasiam ponit vñā: timet
plūtias ideo obmittit declaratio. eo q̄ etiā
qr̄ in plērisq̄ locis de his p̄trat. tantummo-
do hoc qd̄ dictū est fantasiam esse thesaurū for-
marū et alicui videret memoriatū esse hm̄i:
distingue. qr̄ fantasiam est thesaurus seu p̄ser-
uatorū formaz p̄ sensum acceptaz. memo-
ria aut̄ thesaurus intentionū q̄ p̄ sensum nō
accipiunt. Quid enī vīdens lupū fugit non
p̄ter indecentiā coloris aut̄ figure q̄ sunt for-
me recepta a sensibus exteriorib⁹ et reposita in
fantasiam: sed fugit qr̄ inimicus nature et hoc
habet p̄ quandā intentionē et apprehensionē
ex estimatiā q̄ apprehendit vt nocuū et canē
et amicū. s̄z p̄seruatorū illaz intentionē est
memoria. qr̄ recipere et retinere in corporib⁹ re-
ducuntur ad diversa principia. nā humida
bū recipiūt et male retinēt. ecōtrario aut̄ est de-
siccis. Ad p̄positū hoc qd̄ p̄tingit in dormi-
entib⁹ de apparitiōib⁹ somniōz et spirituū. i.
speciez in p̄seruatorib⁹ repositorib⁹ et hoc ex na-
turali motu locali p̄ter p̄motōes sanguinis
et humorū ad principia illa. i. ad virtutes sen-
situas interiores. et dicimus motu locali in
trinseco in capite et in cellulis capitis. Hoc
etiā p̄t accidere et p̄sili motu locali p̄ demo-
nes p̄curato. et nō tm̄ in dormientib⁹ s̄z et vī-
gilantibus in quib⁹ demones p̄nit admouere
et cōmouere interiores spūs et humorēs vt
species p̄seruate in cōseruatorib⁹ educant̄ de
thesauris ad p̄ncipia sensitua. i. ad virtutes
illas imaginatiā et fantastica vt res aliquas
habeat talis imaginare. et talis dicetur in-
terior tentatio et nō mirū q̄ demon hoc possit
sua naturali virtute cū quilibet hō p̄ se vigi-
lans et vīsum rōnis hīns per voluntariā com-
motionē speciez p̄seruatorib⁹ educere p̄t de su-
is thesauris sc̄z p̄seruatorib⁹ hm̄i species vt
res aliquas ad suū placitūz imaginetur. quo

fam̄pa qua
tu

de mā

stante ut iam clare intelligit̄ materia de amo
 re heret̄. Nam q̄r̄ demones ut dictū ē amo
 ure p̄t h̄mōi species r̄c̄. faciūt ista duplicit̄
 Aliqñ absq; ligamine v̄lus r̄onis ut de ten
 tatione dictū eit et p̄ exemplū de voluntaria ad
 h̄bitione que interdū fit. aliqñ aut̄ q̄ totaliter
 v̄lus r̄onis liget̄. et hoc enī possumus exem
 plificare p̄ naturales quosdāz defectus ut in
 freneticis et ebr̄is. ergo nō m̄nū q̄ demones
 sic ligare p̄t deo p̄mittente v̄sum r̄onis. et ta
 les dicunt arreptū et inde arreptius ab ar
 ripio pis. q̄r̄ arreptū a demone et hoc dupli
 citer. vel absq; maleficia et maleficio. vel cū ea
 absq; maleficio. q̄r̄ ut p̄hs in p̄fato li. dicit q̄
 aliq̄s in passione existēt̄ a modica silitudine
 monēt̄ sicut am̄is et modica silitudine ama
 ni et sic etiā odiū habent̄. Ideo demones qui
 p̄ actus h̄om̄ exq;unis quib; passionib; ma
 gis subdūnt̄ illos ad h̄mōi amore vel odiū
 inordinatū instigāt̄ eo fortius in eoz imaginat̄ionē et efficacius imprimēdo hoc qđ intē
 dunt quāto etiā id facilis p̄t. Facilius aut̄
 p̄t quanto etiā amās facilis specie reserua
 ta ad principiū sensitiū. i. imaginat̄o edu
 cit et in eius cogitat̄e delectabilis moratur
 Lū maleficio vero qđ talia p̄ maleficas et ad
 maleficas instantiā p̄ter pactū initū cū eis p̄
 curat. de quib; enumerare p̄e multitudinēt̄ et
 in sp̄ūalib; q̄s secularib; nō ē possibile. Quot
 enī adulteri pulcherrimas v̄tores dimittentes
 in feridissimas alias inardescūt̄. Nō uimus
 verulā tres successiue abbates ut publica oīm
 fratrū fama in illo monasterio enī in hodier
 num diē refert nō solū in his maleficiasse s; et
 interemisse et quartū iam sili mō dementasse
 qđ et ipa publica voce fateb; nec veretur dice
 re feci et facio nec desistere a meo amore pote
 rūt quia tantū de meis stercorib; comedērūt
 quantitatē p̄ extensis brachii demonstrādo.
 Fateor aut̄ q̄r̄ nobis nō aderat v̄lscendi et
 inquirendi sup̄ cā facultas ideo adhuc sup̄est
 Et q̄r̄ dictū fuit in p̄ncipio distinctiōis q̄ in
 uisibiliter instigat̄ diabolus h̄oīem ad peccā
 dum nō solū p̄ modū p̄suasionis ut dictū eit
 imo etiā p̄ modū dispositiōis. licet nō deseruit
 ad p̄positū m̄ sic declarāt̄. Per p̄silēm enī ad
 motionem spirituū et humorū facit aliq̄s ma
 gis dispositos ad irascendū v̄l p̄cupiscendū
 vel ad aliqd huius. Manifestū est enī q̄ cor
 pore aliquiliter disposito est h̄oī magis pronus
 ad p̄cupiscentiā et iram et h̄mōi passiōes: qui
 bus insurgentib; h̄oī disponit̄ur ad p̄sensum
 H; q̄ p̄cedentia difficile est p̄dicare ideo fa
 ciliori modo p̄ pli auisamento sunt declarā
 da. et quib; remedij possint tales maleficiati

liberari tractatur in tercia pte.

Dodus p̄ponendi premissa de amore be
 reos in sermonib; ad p̄plū.

PRedicatoꝝ de supradictis sic mouet
 questionē. An catholicū sit asserere q̄
 malefice valeant ad amore alienaz fe
 minarū inordinatū mentes h̄oīm immutare
 et eoz corda sic succendere ut nulla p̄fusionē
 plagiis verbis aut factis ad desistendū valeat
 cogi: et sūt ad odiū inter m̄rimoniāliter con
 iunctos incitare ut nec redditōis nec exactio
 nis debiti m̄rimoniālis locū p̄ prole habere
 valeat: quinimo interdū eos oportet currere
 ad amasias in tempeste noctis silentio p̄ mul
 ta terraz spaciā. Sup̄ que si voluerit argu
 mēta aliqua ex p̄cedenti q̄stionē sumat. si nō
 dicat tñmodo q̄ questioꝝ iste patiunt̄ diffi
 cultates ppter amore et odiū qui cū fundant̄
 in voluntate q̄ in suo actu semp̄ libera est nec
 cogi p̄t p̄ aliquā creaturā nisi a deo qui cā re
 gere p̄t. vñ nec demon vel malefica eius vir
 tute ad amore vel odiū voluntatē cogere vi
 detur. Itē q̄r̄ voluntas sicut et intellectus sub
 iectiū existunt in aīa. et illabi aīe illi soli est
 possibile qui cā creauit. ideo difficultatē pa
 nitur questio quo ad veritates enuclandas
 in suis ḡib; his m̄ nō obstantib; dicendū est
 primo sup̄ philocaptōz et odiū. scđo sup̄ ma
 leficiū generatiue potentie. De primo q̄ licet
 in intellectū et voluntatē h̄oīs immediate de
 mon nequeat opari m̄ sūt oēs doctores theo
 logos in. ij. sen. de v̄tute demonis in opa
 do in corpus et in potētias corporis sive corpi
 alligatas sive sint sensus interiores sive exte
 rioreis p̄mittente deo agere valeat. **D**oc p̄baē
 auctoritate et rōe ex p̄cedenti questionē p̄la
 cet inueniēt: si non. dicat auctoritatē et rōem
 Job. ij. Demonī dixit deo. Ecce in manu tua
 id est in p̄tātē est Job. et hoc erat quo ad cor
 pus. qđ p̄t. q̄r̄ in aliam noluit dare. vñ dixit.
 verūt̄ atāz eius serua. i. illesam serua. Rō q̄r̄
 enī dedit in corpus dedit etiā sup̄ oēs potē
 tias corporis alligatas. ut sunt quinq; exteriō
 res et quorū interiorēs. scz sensus cōis. fantas
 ia sive imaginatiua. estimatiua et memorati
 ua. si nō p̄t aliter declarari detur de porci: et
 ouib; exemplū: vbi porci p̄ memoratiā redi
 re sciūt. et oues lupū et canē discernūt ex natu
 rali imaginatiue: vñ tanq; inimicū: alterum
 tanq; amicū sive nature. Consequenter cum
 oīs n̄r̄ cognitio intellectua orū habet a sen
 su: cū intelligentiā iuxta p̄m in. ij. de aīa. ne
 cessēt fantasmatā speculari. ideo sicut de
 mon p̄t interiorē fantasmatā immutare sic etiā
 intellectū obtenebrare. Et hoc quidez nō erit

immediate agere in aiam sed mediante fan-
tasmatis. Item qz nihil amat nisi cogni-
tum. dentur exempla ad placitum de auro qd
amat avarus qz intelligit eius virtutem et.
Ideo obtenebrato intellectu obtenebrat two-
luntas in suis affectionibz. Hec aut pfacere
demon et absqz malefica et cū malefica:imo et
accidere pnt ex sola i cauta oculo. et de sin-
gulis trademus exempla. Nam ut Iaco. i. di-
citur. Unusquisqz tentatur a cupis etia sua
abstractus et illeccus. Deinde cupis etia sua
cepit parit peccatum: pcam vero cū pluma-
tum fuerit generat morte. Sic sychem cū vi-
disset dinam exerunt ad videndum mulieres
regionis adamauit eam et rapuit et dormiuit
cū illa et glutinata est aia eius cū ea. Genes.
xxvij. et fī glo. Infirme ale sic accidit qn
postpositis pribz vt dina aliena negocia cu-
rat seducit sicutudine et fit vna vnitate sen-
sus cū illius. Descdo qz etia absqz malefici-
oriat interdu et tentatōe demonū principa-
liter sic declarat. Nam amon soror suā tha-
mar speciosissimā adamauit et degierat in ea
valde ita vt ppter eius amorē egrotaret. u. Re-
sum. xij. Nō enī in tantū facinus stupri qz
psiluret nisi in toto corrupt et a diabolo gra-
uiter tentatus. Unde glo. ibidē. Doc monet
nos et ideo deus pmisit vt semper caute aga-
mus ne vicia in nobis dominent et princeps
peccati qui falsam pacē plicitibz spondet:
nos patos inueniens improvisile trucidet. De
hoc scđo genere amoris refertus est liber san-
ctorū patrū qui refert qz licet omnē tentatōe
carnalis cupis etia sibi subtraxissent tñ vla-
tra qz credi p tentabant aliquiens amore mu-
lierum. Tñ et. ii. Corinθ. xij. apls dicit. Da-
tus est mihi stimulus carnis mee angelus sa-
thane qui me colaphiset. vbi glo. Tentando
p libidinē datus est mihi. Tentatio autē cui
nō p sentitur nō est peccatum sed materia exercē
de virtutis. et hoc intelligit de tentatōe que
ab hoste nō a carne que sp est ad minus pec-
catum veniale etiā si ei non p sentiat. Poterit
p̄dicator aliqua exempla deducere si placue-
rit. De tertio qz amor hereros pueniat ex ma-
leficiis demonū discussuz est supra. et de hac
loquimur tentatōne. Et si quis diceret quō
posset discerni qz nō ex diabolo s; solū et ma-
leficio talis amor inordinatus pcedit. Dicē-
dum qz ex multis. Primo si taliter tentatus
pulcrā et honestā habeat vxorē et opositum
pstat de altera et. Secdo si iudicium rōnis om-
nino ligatur qz nullis plagis seu verbis aut
factis aut etiā pfusionibz ad desistendū ab ea
induci valeat. Et tertio potissimum qz se p̄tine-

re non p̄t quin interdu inopinate se etiā p longum
spaciū nō obstante asperitate itineris p
ut ex talibz p̄fessione quisqz sentire p̄t se trans-
ferre habeant siue de die siue de nocte. Nam
sicut dicit Crisost. sup Hatch. ex. de asina
quā christus equitauit. qz cū demon volun-
tatem hois pē possidet quasi ad libitū tra-
bit quo placet. exemplū dans de nauī in ma-
ri perditō gubernaculo qz ad libitū venti p̄j
citur. et sicut qui equo potenter insidet et rex
tyranni hūs possessionē. Quarto discernitur
in eo qz inopinate et subito vebunt et immu-
tantur interdu vt nihil eis obstat possit. Eli-
citur etiā ex ipius persone infamia. et anteqz
ad vltiorē questionē de maleficis circa po-
tentiam generatiā pcedamus qz etiā annexa
est primo soluenda sunt argumenta

Sequunt solutōes argumentoz.

Ad pri-
mum qz voluntas hois regat a deo:
sicut intellectus ab angelo bono. Pa-
tec solutio. Intellectus enī sicut tñ modo il-
lustratur ab angelo bono ad cognitionē veri.
Uñ sequitur amor boni. qz verū et ens puer-
tuntur. ita etiā intellectus p̄t a malo obtene-
brari in cognitionē veri apparentis. et hoc p
p̄fusionē speciez principis sensitivis. i. vir-
tutibus et potentibz sensitivis interioribz re-
presentatis. vñ sequit amor inordinatus ap-
parentis boni puta corporalis delectatiōis quā
etiā tales querunt. Ad secundū argumentū qz
intra corpora nō p̄t esse illa immutando. par-
tum est verū partim nō. et hoc quo ad triplicē
immutationē. Nō enī possunt illa immutare
quantū ad eductōz alicuius forme sue sub-
stantialis siue accidentalis: que etiā posuīs di-
cenda est pductio qz immutatio siue admini-
culo alicuius alterius agentis aut etiam sine
diuina pmissione. Si aut loquamur de im-
mutationē qualificatiua vt de sanitate et in-
firmitate sic vt et pcedentibz patz p̄t varias
infirmitates etiā vlsqz ad ligamen rōnis im-
mittere. et sic odiū et amorē inordinatū p̄cu-
rare. Potest etiā addi tercia immutatio qz fie
qz angelus bonus vel malus illabit̄ corpi si-
cuit dicimus qz deus tñmodo illabit̄ aie.
id est essentie aie. Sed vbi dicimus qz ange-
lus illabit̄ corpi p̄cipue malus vt in obsecsis
ibi nō illabit̄ infra terminos essentie corporis.
qz sic ille solūmodo qui dat esse scz deus crea-
tor illabi p̄et p̄taneat tanqz qui habet intrinse-
cam operatōe aie. Dicif m̄ illabi corpori qz
aliquid opatur circa corpus. quia ibi est vbi
operat. vt dicit Dam. et tūc operat̄ infra ter-
minos corporalis quantitatē et infra terminos

22

Dni fr. Pauli Q. Anno m̄ adiung p̄ ex
maleficiis ad tñ

essentie corporis. Unde elicitur q̄ corpus habet terminos duplicitis rōnis quantitatis et essentiae. Et est distinctio sicut inter suppositū et naturā. Unde sicut corpori illabi p̄nit ita et potentias affixas organis corporalib⁹ p̄t cōsequens p̄nt impressiones facere in potentias. vñ p̄ accidens talis opatio et impressio resultat in intellectū cum eius obiectū sit fantasma sicut color visus ut dicit in. iij. de anima. et p̄sequenter p̄ accidens vscq ad voluntate qz voluntas suum obiectū recipit ab intellectu sub rōne boni fm q̄ intellectus apprehendit aliquid in rōne boni veri et apparentis. Ad tertium argumentū cognoscere cogitationes cordis est dupliciter. vel in suo effectu vñ ut sunt in intellectu. Primo modo nō soluz angelus sed etiā homo cognoscere p̄t; licet angelus subtilius ut patebit. Nam interdū cogitatio cognoscitur non solū p̄ actū exteriorē sed etiā p̄ immutationē vultus. et etiā medici aliquis affectiones animi p̄ pulsum cognoscere p̄it. Unus Aug⁹ in li. de divinitatē demonū. dicit. q̄ aliqui hominē dispositiones nō solū voce platas sed etiā cogitationē p̄ceptas cum signa quædam ex animo exprimunt in corpore tota facilitate p̄discunt. q̄uis in libro retractionis hoc dicat nō esse asserendū. quod h̄ fiat estimo q̄ retractat. Si quis diceret eum sensisse q̄ cogitationes demon cognosceret in intellectu. Alio modo p̄it cognosci cogitationes p̄it sunt in intellectu et affectiones p̄it sunt in voluntate. et sic solus deus cogitationes cordium et affectiones voluntatū cognoscere p̄t. Quis rō est. qz voluntas creature rōnalis soli deo subiaceat; et ipse in eam solus ogari p̄t qui est principale eius obiectum et ultimus finis. et ideo ea que in voluntate sunt vel ex voluntate sola dependent: soli deo sunt nota. Diversitatem autem q̄ ex sola voluntate depēdet q̄ actū aliquis alio p̄sideret. qz cum aliqua habet hacten scientie vel species intelligibiles in eo existentes videntur eis cum vult. Probat etiā ex his que dicta sunt. qz angelus non p̄t illabi aīc ergo nō p̄t p̄ naturā videre ea que sunt in aīa. et q̄diū sunt in intimo anime. Unde quoniam arguitur. Demon non p̄t videre cogitationes cordiū. ergo non p̄t corda seu mentes hominē ad amore vel odiū incitare. Dicitur q̄ sicut cognoscit sc̄z p̄ effectus et subtiliori modo q̄z homo: ita etiā subtiliori modo p̄t immutare ad odīū vel amorem cōmouendo fantasmata et intellectū obtenebrando. Est etiā aliquid timorosis p̄scientijs et virtuosis p̄ eoz p̄solatione aduertendū q̄ immitatio sensibilis exterior et corporalis que p̄comitatur cogitationes.

hois q̄nq̄ est ita exilis et indeterminata q̄ dī
abolus p̄ eam in certā p̄gnitionē cogitatōis
venire nō p̄t. presertim q̄n studijs aut bonis
opib⁹ vacant interpellatim et tales tunc in
sommis plus vexat. experientia hec docet. Qnq̄
q̄ est ita fortis et determinata q̄ p̄ illaz p̄t co-
gnoscere cogitationē quantū ad specie vt q̄
cogitat de inuidia vel de luxuria. sed an p̄ ea
possit certitudinaliter p̄gnoscere quantū ad
oēs circūstantias vt videlicz sup̄ talem vel ta-
lem sub dubio dimittamus sicut et regimus.
nisi qd̄ verū est q̄ tales circūstantias ex acti-
bus postmodū cognoscere p̄t. Ad quartū pa-
tet qr̄ licet illabi aie tm̄ p̄ueniat deo: m̄ illabi
corpori ⁊ p̄seq̄ns potentij⁹ affixis corpori
modo supra tacto. hec p̄t couenire angelō si-
ue bono siue malo: vnde amor et odiū in tali
hoīe causari p̄nt. Ad illud q̄ virtus sensitiva
sit dignior q̄ nutritiva que m̄ non p̄t immu-
tari ab eo. Dicendū q̄ imo sup̄ vim nutriti-
uam etiā posset ita vt aliquid ciliis vel tar-
diis dirigeat in os vel in carnē. sed ad illud
nō cooperat sicut ad impediendū vel agitan-
dum vires sensitivas interiores vel exterio-
res et hoc p̄ter suū lucrum qd̄ ex sensuū de-
ceptione et intellectua illusione plurimū p̄-
curat.

A Questio octaua. An generatiā potentia
sue actuū venerū malefice impēdīre p̄n qđ
maleficū in bullā cōtinetur.

Ecundo eadem veritas scz qd adultere
fornicarie re. amplius existunt male-
fice ostendit p impedimentu malefici
ale sup actu generative potencie et vt veritas
magis elucelat arguit primo. qd nō sit possi-
bile. qr si tale maleficium esset possibile posset
etiam maritatis ptingere. qd si pceditur tunc cu
matrimonii sit opus dei et maleficium opus
diaboli fortius erit opus diaboli opere dei.
Si vero pceditur qd modo fornicarijs et
nō maritatis tunc redibit opinio qd malefici
um nihil sit in re sed tñ in opinione hominum cu
ius oppositum in prima. qd tactu est. aut dabitur
ro cur illis et nō illis ptingere pnt. et cum nō
videtur subesse alia ratio nisi qr opus dei ma
trimoniū existit. Et illa ro fm theologos nō
excludit. vt ptez in iij. di. xxvij. de impedimē
to maleficiali. manet adhuc argumentum qd
opus diaboli erit fortius opere dei. et cu hoc
sit inconveniens asserere. ergo etiam inconveni-
ens est asserere per maleficium posse impediri
actum venereū. Item diabolus nō p impos-
ture actus alias virium naturaliū vt come-
dendi. ambulandi. erigendi. qd videtur esse
verū ex eo qr interimere possent totū mundū.

Quod p[ro]p[ter]a maleficis actus est non potest
quod velletur +

Præterea cum actus venereus equaliter se habet ad o[mn]i[m] mulierē si impeditur. impeditur etiam ad o[mn]i[m] mulierē. sed hoc est falsum. ergo et primum. q[uia] falsum sit docet experientia cum tales qui dicunt se maleficiatos sunt potentes ad alias. licet nō ad illas quas cognoscere nō potest. quia videlicet nō vult. unde nihil potest in re. In cōtrarium et p[er] veritatem est. c. Si p[er] sortiarias. xxxix. q. viii. Item omnium theologorū et canonistarū sententia ubi tractant de maleficiali impedimento. matrimonii. Item ratio alludit cu[m] maior sit p[otes]ta demonis q[uia] hoīs. et hō impedire p[er] potentiam generatiā sive p[er] herbas frigidissimas sive p[er] alia impedimenta et cetera. vt quisq[ue] imaginari p[er] ergo et demon qui acutioris scientie existit h[ab]ere facere amplius potest. Responso ex duobus que supra tacta sunt veritas satis patere potest licet modus impediendi nō sit speculat[io]ne declaratus. Nam tactum est q[uia] maleficium non est solū in opinione hoīm quasi nihil in re. immo effectus innumerū maleficiales accidere p[ot]est vere et realiter deo permittēt. Ostensum est etiā q[uia] deus amplius permittit super vim generatiā apparet maiorem eius corruptiōnem q[uia] sup[er] alios actus humanos. Sed de modo quo tale impedimentum p[er]curatur est aduertendū q[uia] nō p[er]curat solū circa vim generationis sed etiam circa vim imaginatiā seu fantasiam et super hoc notat. Pe. de palu. in suo. iij. dist. xxxviii. quinq[ue] modos. Dicit enī q[uia] demon ex hoc q[uia] est spūs habet potestatem sup[er] creaturā corporalem ad motum localem p[ro]hibendū vel faciendū. Ideo potest corpora impeditre ne sibi appropinquant directe vel indirecte interponendo se q[uia] in corpe assumpti. sicut accidit sponso qui despousauerat idolum. et nihilominus contraterat cum iuuençula. nec p[er] hoc poterat ea cognoscere. Secundo modo hoīem inflammare ad actum illum vel etiā refrigerare ab actu illo adhibendo occulte virtutes rerum quas optime nouit ad hoc validas. Tercio modo turbando estimationē et imaginationē qua reddit mulierē exosam. quia potest ut dicatum est in imaginationē imprimere. Quartio reprimendo directe rigorē membra fructificationi congruenti. sicut etiā motum localē reprimere p[er]. Quinto p[ro]hibendo missionem spiritū ad membra in quib[us] est virtus motiva: quasi intercludendo vias seminis ne ad vasā generationis descendat vel ne ab eis recedat. vel ne excidat vel emitatur et multis alijs modis. Et subdit hoc quod supra actū est ab alijs doctorib[us] accordando dicens. Plus

enī permittit deus super h[ab]itū actum p[er] quē primum peccati diffundit q[uia] sup[er] alios actus humanos. sicut et sup[er] serpentes qui magis incantationib[us] deseruunt q[uia] alia animalia. et post pauca dicit. Idem etiā de muliere est. q[uia] potest imaginationē eius sic dementare ut ex osum habeat virū q[uia] p[er] toto mundo nō possit se cognosci. Post vult dare rōnem quare plus maleficiū viri circa talē actū q[uia] mulieres. et dicit q[uia] quia tale impedimentū sit in terdum per obstruktionē vasis. vel etiā p[er] motum localē reprimendo rigorez membra. que potius et facilis in viris p[er]tingere p[ot]est. ideo plures viri maleficiātur q[uia] mulieres. Posset etiā quis dicere q[uia] ideo quia plures mulieres superstitione sunt q[uia] viri. et potius alicere p[er]piunt viros q[uia] mulieres. vel etiā in despectu hoc faciunt mulieris coiuncte ut utrobiqu[us] ciant occasionē adulterandi. dum vir ali cognoscere p[er] et nō p[ro]priam. et similiter vieniam aliquos habeat querere amatores. Ad etiā q[uia] deus permittit amplius servire in peccatores q[uia] in iustos. Unū angelus dixit Tl. bie. In illos qui libidini vacant accipit demonium p[er]tātem. licet etiā aliquā in iustos sicut in Job. sed nō circa vim generationis p[er]terque debent facere confessiones et alia bona nefro manente in vulnere frustra sit medicinā apponere. hec p[er]. sed de ammissione talis effectus patebit in tercia parte operis.

¶ Incidentaliter aliqua dubia declarantur.

Vnde
Tincidentaliter vero si queritur. Quare actus ille aliquā impeditur respectu vnius mulieris. et nō respectu alterius? Responso fm Bonauē. hec est. vel quia sortilegus seu malefica ad hoc respectu p[ro]sonne determinate diabolū immutauit. vel quia deus respectu p[ro]sonne cuiuslibet impeditre nō permittit. Occultū enī dei iudiciorū hic laterat: ut patet in v[er]to thobie. Et addit. si querit. quomodo diabolus hoc facit. Dicendum q[uia] impedit generationē nō impedimento extrinseco ledendo organum sed extrinseco impediendo v[er]sum. Unde q[uia] est impedimentū artificiale nō naturale. ideo p[er] impedire ad vna q[uia] nō ad alias. vel tollendo excitationē p[er]cupientie ad illam et nō ad aduersus alias et hoc p[er] virtutē p[ro]pria vel herbā. vel lapidem vel p[er] aliquā naturā occultam. Et hec p[er]ueniunt cum dictis Pe. de palude. Præterea cum in potentia talis actus beneq[ue] ex frigiditate nature seu naturali defectu p[er]tingit. Si queritur quō p[er] discerni q[uia] ex malificio vel non

*Cum dicitur q[uia] p[er]spicere mundū p[er] exp[er]iētū
frigiditatem ut maleficio*

maleficio contigerit. Respondit Hostien. in
summa. licet hoc non sit predicandū publice
qñ virga nullatenus mouetur et nunq̄ po-
tuit cognoscere. hoc est signū frigiditatis. sed
qñ mouetur et erigitur pficere aut̄ non potest
est signū maleficij. Notandum insq; q; nō so-
lum fit maleficij ne quis actū illum exercere
valeat. sed etiā aliquando fit ne mulier conci-
piat vel ut aborsum faciat. Sed nota fm ca-
nonum sanctiones. q; quicq; ppter vindicte
libidinē explendam. vel ppter odiū aliquid
fecerit viro vel mulieri ppter quod nō posset
generare vñ p̄cipere reputat̄ homicida. extra d
homiciū si aliq; Et nota q; cōter loquit̄. c. de
amatōrib; seculi qui suis amasq; per pocula-
ne p̄fusionē incurvant talia. pcurant. vel etiā
q; certas herbas naturam nimū infringitan-
tes absq; auxilio demonū. vnde penitentes si-
cū homicide sunt puniendi. Malefici aut̄ q;
maleficia talia pcurantes sunt fm leges vlti-
mo supplicio puniende. vt supra in prima q-
stione tactum est. Et p solutione argumento-
rum vbi difficultatur an m̄rimonialiter cō-
iunctis talia cōtingere possint. Est ylterius
aduertendū q; licet ex his que tacta sunt non
pateat sup hoc veritas tñ vere et realiter illis
in matrimonio sicut et extra ptingere pnt. Et
prudens lector qui copiam librop; habet in-
ueniet tam apud theologos q; canonistas p-
cipue. extra. et in materia de frigido et malefi-
ciatis. et in. iij. di. xxxiiij. mutuo cōcordan-
tes. et duos errores reprobantes: presertim
circa matrimonialiter cōiunctos qui sentire
videbantur q; tale maleficij non posset con-
tingere inter matrimonialiter cōiunctos mo-
tis illis rōnibus q; diabolus nō posset opera-
dei destruere. Et primus error qui ab eis re-
probatur est cōtra illos qui dicebant malefi-
cium nihil esse in mundo. sed tñ esset in op-
nione hoīm qui ex ignorantia causaz̄ occul-
tarum. et quas etiā nullus hoīm scire potest
aliquos effectus naturales maleficijs impu-
tabant. quasi illos efficerent nō occulte cause
sed demones p se vel maleficos. Et hic error
licet ab omnib; alijs doctorib; sub simplici
falsitate reprobatur. tñ a sancto Tho. acrius
impugnatur vbi ipsum tanq; heresim cōde-
minat dicens. q; hic error ex radice infidelita-
tis pcedit. Et q; infidelitas in christiano he-
resis dicit̄. ideo tales vt heretici merito sunt
suspecti. De qua tamen materia etiā in prima
questione tactū est. licet ibi nō taliter sit decla-
ratum. Nam si quis alia dicta doctoris san-
cti in alijs locis p̄siderat. rōnes inuenit. qua-
re asserit talem errorem ex radice infidelitatis

procedere. Nam in questionibz de malo vbi
tractat de demonibz et in. q.i. an demones ha-
beant corpora naturaliter sibi vnitam? Inter
alia que ibi recitantur mentio de illis qui sin-
gulos effectus ad virtutes celestium corporum.
quibus et subesse dicebat occultas causas ef-
fectuum inferiorum dicens. Considerandum est
q[uod] parapatetici aristotelis sectatores non posse-
erunt demones esse sed ea que attribuunt de-
monibus dicebant puenire ex virtute cele-
stium corporum et aliarum naturalium rerum. Unde
Aug[ustinus] dicit. t. de ci. dei. po: phirio vsum fu-
isse q[uod] herbis et lapidibus et animantibus ac so-
nis certis et vocibus ac figurationalibus atque fi-
gumentis quibusdam etiam obseruantis in celi con-
uersione motibus siderum fabricari in terra ab
hominibus potestates siderum idoneas varijs
effectibus exequendas. Ex quibus apparet er-
ror q[uod] oia reducebant in causas occultas side-
rum et demones tammodo fabricarentur et opi-
nione hominum. Sed q[uod] hec positio sit falsa ma-
nifeste probat sanctus Tho. et hoc ibidez. q[uod]
repuntur aliquae operationes demonum que
nullo modo possunt ex aliquo naturali causa per-
dere. pura q[uod] aliquis obsessus a demone loquitur
lingua ignoram. et multa alia innenunt
opera demonum in arreptitionibus quam nigromant-
icis artibus. q[uod] nullo modo possunt nisi ex aliquo in-
tellectu procedere. ad minus bona secundum naturam
licet mala secundum voluntatem. Et ideo coacti fuerunt
propter inconvenientia tacta alijs p[ro]p[ter]i ponere demo-
nes esse. licet post in varios errores inciderunt
alijs putantibus alias homines a corpore exenti-
bus demones fieri. Unde et multi auruspices
pueros occiderunt ut alias eorum suos cooptato-
res haberent. et plures alii ibi errores recita-
tur. Unde post q[uod] non immerito doctor scius dicit
talem opinionem ex radice infidelitatis procedere.
Si cui placet legat Aug[ustinus]. in viij. et. ix. de
ci. dei. sug[gestio]nem varios errores infidelium circa na-
turam demonum. quare etiam communis ratio oim
doctorum que in profeta distinctione allegant contra
homines errantes scilicet qui maleficium aliquid esse
negantes magna est efficacie in sententia licet
brevis sit in verbis. ubi dicunt q[uod] qui malefici-
um nihil esse in mundo asserunt. strariantur
oim doctorum sententias et sacre scripture decla-
rantur demones esse et demones habere potes-
tatem supra corpora et supra imaginaciones ho-
minum deo permittente. unde et per eos malefici mis-
tra operari possunt circa creaturas. Unde et merito
ipsorum demonum instrumenta et ad quorum instan-
tiam demones interdum ad creaturam nocen-
tia operari malefici dicuntur. Et quidem q[uod]
reprobatorum huiusmodi erroris a doctoribus

*Impotens ex mortali falso operari. Autem opus
aut fuisse.*

non sit mentio de matrimonialiter p̄iunctis,
tūq; reprobationē secundi erroris hoc patet.
Dicunt enī q; aliorū error erat q; licet maleficiū
cum esset et abundaret in mundo etiā cōtra
carnalē copulā. m̄ q; nullū tale maleficiū p̄t
censeri p̄petuū ideo nunq; dirimeret m̄rimo-
num iam p̄tractū. Ecce q; mentio sic de ma-
trimonialiter p̄iunctis. Improbando autē hūc
errorē licet hoc declarare nō deseruiat ad p̄-
positū. m̄ p̄ter eos qui copiā librorū nō ha-
bent. Notandum q; improbant p̄ hoc q; talia
asserere dicunt esse p̄tra experimentū et p̄tra in-
tra antiqua et noua. Unde dant talē catholici
doctores distinctionē q; impotentia ex maleficiū
p̄curata aut est tp̄alis aut p̄petua. Si te-
poralis tūc nō impedit. Tunc autē p̄sumitur
esse tp̄alis q; in fr̄a spaciū triū annorū coba-
birantes et quāntū p̄t operam dances sive p̄
ecclesiastica sacramenta sive p̄ alia remedia sa-
nari p̄t. Si vero nō sanentur aliquo reme-
dio extinc p̄sumitur esse p̄petua. et tūc aut p̄
cedit matrimonij p̄tractōz et p̄summatōz et
sic impedit matrimonij p̄rabendum et diri-
mit iam p̄tractū. aut sequit̄ matrimonij con-
tractionem sed nō p̄summatōz et sic etiā vt di-
cunt aliqui dirimit matrimonij iam p̄tractū
dicēt enī. *Extrij. q. i. c. i.* q; p̄tingū p̄firmat of-
ficio sez carnis. vt dicit glo. aut sequit̄ matri-
monium p̄summatū et tūc vinculū matrimo-
niale nō dirimit. plura ibi notantur. extra de-
frigid. rē. p̄ Hostiē. et *Hosse*. et doctores.
etiā theologos vbi sup̄. Ad argumenta. Ad
primū sat̄ p̄t ex his q; dicta sūt. Nam p̄mo
q; dei opa p̄t destrui p̄ opera diaboli si ma-
leficiū posset inter p̄iugatos cōtingere. nō
valet instantia immo opositū patet cū nihil
possit diabolus nisi deo p̄mittente. Item q;
nō per violentiā destruit uti tyrannus. sed p̄
quandaz artē etrīnsecā vt supra patuit. Ad
secundū patuit supra quare potius deus p̄-
mittit sup̄ bunc actū venere q; super alios
actus p̄t etiā super alios q; deus p̄mittit.
Unde nō valet q; perimat mundū. Ad terci-
ū similiter patet ex dictis.

*Quæstio nona. An malefice p̄stigiosa illu-
sione operant̄ circa membra virilia quasi
illa omnino sint a corporibus euulsas?*

*E*rcio eadē veritas declaratur per
diabolicas operationes circa mem-
brū virile. cuius rei veritas vt magis elucescat querit. An malefice
valeant mēbra virilia virtute demonū vere et
realiter vel solūmodo prestigiosa apparitione
auferre et arguitur q; vere et realiter p̄ argu-
mentuz a fortiori. Dñiora p̄t demonica vt

hoīes occidere vel localiter transferre. vt su-
pra patuit de iob. et thobie. vii. viris occisi.
ergo etiā p̄t membra hoīis vere et realiter au-
ferre. Preterea. glo sup̄ illud. ps. Immisso-
nes per angelos malos. Deus puniit per ma-
los angelos sicut populi israeliticū sepe pu-
niuit varijs languorib; vere et realiter corpo-
rib; immissois. ergo et h̄mōi infirmitates cir-
ca membrū tale immittere p̄t. Si dicatur q;
potest diuina p̄missione tūc sic in p̄cedentib;
dictū est. q; deus amplius p̄mittit vim gene-
rativam maleficiari p̄ter primā corruptiōem
peccati que per actū generantē in nos deue-
nit. ergo etiā amplius permittit sup̄ membrū
illius potentie generatiōne ut ip̄m totaliter au-
ferat. Preterea maior fuit conuersio uxoris
loth in statuā salis. *Gen. xix.* q; auferre mem-
brum virile sed illa fuit vera et realis et nō ap-
parens conuersio. q; adhuc visibiliter vt dicit̄
superest illa statua. Et facta fuit per malū an-
gelum vt coacti a bonis q; prius cecitate eos
percussérant ut hostiū domus inuenire non
possent sicut etiā alie punitōes sodomitar̄. q;
et glo. ibidem assert̄ ip̄am etiā illo vicio infe-
ctam. ergo et ista facere p̄t. Preterea. quicun-
q; p̄t inducere formā naturalē p̄t et illā aufer-
re. Sed demones formas naturales plures
induxerūt ut pat̄ de magis pharaonis qui
virtute demonū ranas et serpentes fecerunt.
*Itez Aug. in li. lxxij. q. dicit q; oīa que vi-
sibilit̄ fuit etiā p̄ inferiores p̄tates aeris. Hec
nō absurdē fieri posse credunt. s; h̄ p̄t facere
hoīes vt aliq; arte vel incisione membrū aufe-
ratur. q; et demones ista facere inuisibilē qdā
alij visibiliter p̄t. s; h̄ Aug. xvij. de ci. dei.
Hō est credendū etiā hoīis corpus demonū
arte vel p̄tate in bestiali lineamēta posse puer-
ti. q; etiā a sili nō p̄t auferre s; qdā ad veritatem
corpis h̄uani defuit. *Ite. ij. de tri.* dicit. Nō
est putandum istis transgressorib; angelis ad
nutū scriuire hāc visibilū rex materiā s; soli
deo. *Rñlio.* Nulli dubiū quin malefice qdā
mira opān̄ circa mēbra virilia vt ex visis et
audit̄ plurimoz imo et ex ip̄a publica fama
p̄stat de s; q; p̄ sensum visus aut tactus veri-
tas illi mēbris cognoscet̄. qdā q̄liter fieri p̄t
Dicendū q; l; duplicit̄ fieri possit. s; ve et rea-
liter vt argumēta prima tetigerūt et p̄stigiosa
opatōe ea tū q; a maleficis fuit circa h̄mōi non
fuit nisi p̄stigiosa illusione. q; tū illusio nō b̄z
locū in imaginatōne patiet̄. q; imaginatio
el̄ p̄t vere et realiter estimare aliquā rē nō esse
presentem licet p̄ nullam operationez sensus
exterioris scilicet visum aut tactum percipit
esse presentem. Unde potest dici vera ablatio.*

14

*S. p̄t
s. fons
s. fons
s. fons*

Cato diabolus psephum hunc et extorceret Dopo

Proposita a se mala mundi fere

membrorum ex parte imaginationis patientis licet non est partere, quod qualiter sit sunt plura notanda. Primo duo modi quibus ista fieri possunt. Non mirum quod diabolus sensus humanos exteriores decipit per quae interiores de quibus supra tactum est illudere per formas reseruatas educendo ad principia sua sensitiva. decipit autem eos in sua naturali operae. ut quod visibile est sit illi invisibile. tangibile intangibile. audibile inaudibile. et sic de aliis. Hec autem veritas ita nihil ponit ex parte rei quod oia sunt ex immutatione organorum destruentium ad visum auditum etc. ut sunt oculi et manus quibus immutatis iam fallitur sensus iudiciorum. Possumus ista ex naturalibus quibusdam demonstrare. nam sicut vinum dulce propter infectiones lingue in febricitate videtur amarum. non gustus decipit non ex parte rei sed ex parte humorum. Ita et ibi nulla deceptio ex parte rei quin ibi sit virga adherens. sed deceptio ex parte organorum sensuum. Iterum sicut supra dictum est de via generativa illa impenetrando per impositionem alicuius alterius corporis eiusdem coloris et appetitie. ita et aliquod corpus planum figuratum colore carneo interponere possunt inter visum et tactum oculorum et manuum et inter ipsum verum corpus patientis ita quod suo iudicio nihil valcat videre et sentire nisi corpus planum et nullo membro interruptum. Videantur dicta sancti Tho. in. ii. di. viij. art. v. de pestiogiosis illusionibus. et similiter fa. fe. q. xci. et in questionibus de malo. frequenter allegans illud Aug. in lib. lxxvij. q. serpit hoc malum dominis per oes additus sensuales. dat se figuris. accommodat se coloribus. adheret sonis. odoribus se subiicit. infundit se saporibus. Preterea alludit ratio quod non solum per interpolationem alicuius corporis plani non membrato talis illusio pestiliosa in vidente et tangente fiat immo et per modum quo certi spiritus seu species reseruati educuntur. ad sua principia sensitiva interiora scilicet ad imaginationem et fantasiam unde contingit aliquid imaginari ac si primo eliciatur ex sensu exteriori. Nam ut in precedentibus questionibus tactum est. Demones virtute propria possunt localiter corpora mutare. ex transmutatione autem spirituum et humorum etiam secundum naturae operationem contingunt. aliqua secundum imaginationem vel sensum videri naturaliter dico. quod et phantasias in de somni. et vigil. assignans causas apparitionis somnio et dicit. quod cum ait dormierit descendente plurimo sanguine ad principium sensitivum tumul descendunt motus siue impressiones relicte et sensitivum motionibus que in spiritibus sensibilibus conseruantur. Tercimi fuerunt superius declarati ita quod tunc

aliqua appareant ac si tunc primo a rebus exterioribus sensus immutarentur. Et quod hoc natura facere potest a fortiori diabolus formas seu species corporis plani et non membra virili organizatio educere potest ad vim fantastam et imaginativam ut inde sensus inducent ac si in rebus veritate ita esset. Per hunc etiam modum ut patet in inferius hoies vident animalia cum tamen non sint in rebus veritate.

